EPITOME
HEBRAICAE LINGUAE
CONCINNATA
A JANUARIO XYSTO
In Regio Neapolitano Gymnasio

Hebraicae, atque Arabicae linguae Professore,

DICATA
CAMILLO BURGHESIO
Russanensium, ac Sulmonensium Principi.

NEAPOLI Excudit STEPHANUS ABBAS
Anno CIↃIↃCCXXXXI.
Superiorum permissu.

CAMILLO.BURGHESIO
SULMONENSIUM.AC.RUSSANENSIUM.PRINCIPI
HISPANIARUM. MAGNATI
IN.UTRIUSQUE.SICILIAE.REGIS.AULA
AUREAE.CLAVIS.HONORE.INSIGNITO
ET.ORDINIS.S. JANUARII.EQUITI
CUJUS. DOMUS
AUREI.VELLERIS.INSIGNIBUS. INLUSTRIS
REGIBUS.CATHOLICIS.LEGATOS
NEAPOLITANIS.PROREGES
CARDINALIUM.SENATUI.PURPURATOS.PATRES
PETRI.CATHEDRAE.SUCCESSORES.DEDIT
EADEM.VERO.AD.TEMPLA
ET.XENODOCHIA.DITANDA
AD.AFFLICTORUM.ET. PAUPERUM
POPULORUMQUE. SUAE. FIDEI.COMMISSORUM
EGESTATEM. SUBLEVANDAM
ET.AD.LITTERAS.EXORNANDAS.NATA
OPTIMO.AC.STUDIOSISSIMO.CUIQUE
SEMPER.PATUIT
JANUARIUS.XYSTUS
REGIUS.IN.NEAPOLITANO. GYMNASIO
HEBRAICI.ARABICIQUE. SERMONIS
PROFESSOR
HAS.LINGUAE.SANCTAE.INSTITUTIONES
D. D.

LAURENTI PHRIDI

De Linguae Hebraicae Studio monitum.

Scire profana quidem Sanctis non credo profanum,
Si non illota mente profana legas:
Non impura puto puris monumenta sophorum;
Et non immundis omnia munda reor.
Quae res humanas agitant, non mordeo, linguas;
Praepono reliquis Sanctum *idioma tamen.*
Ethnica quis damnat? modo sacris ethnica jungas;
Hic scopus, haec studiis sit Cynosura tuis.
Ast o Christigenae praecordia barbara coetus;
Haec ut suspiciant, illaque despiciant.
Quo praeceps fertur studium? nimis impia cura
Quo ruit, ut spernant sacra, profana colant?
Ethnica si qua venus, si quae sit mellea Pitho;
Haec fluet in sensus blanda Thalia tuos:
Haec Pandora capit, verbis excompta profanis.
Incautas mentes Circea pocla movent.
Si commentitio prostaret fabula socco,
Si tragicae pompae, densa caterva volat:
Si totis nervis humanas excolis artes,
Si linguis hominum tantus habetur honos:
Cur hæc linguarum princeps reginaque sola,
Sola velut nobis sordida negligitur?

Quae

Quae figmenta docet furiosi μῆνιν *Achillis*,
Claudos Vulcanos, fulmina bruta Jovis;
Quæ ficto versu Κορυθαιόλον *Hectora narrat*,
Aut Helenam pangit Mercurios, Veneres;
Quae varios fucos & fumos vendit inanes,
Quae picturato carmine ludificat:
O quanto plausu, quibus haec amplectimur ulnis!
Quisque suo blandum pectore virus alit.
Incantat animos gentili voce Sirenes,
Dementat philtris Græca Medaea suis.
At SACRA LINGUA Sacris cur sic deformis habetur?
Cur sic a Sanctis putida despuitur?
Ethnica quum regnent, divina ab pulpita frigent:
E sacris rostris sola profana tonant.
Sive legas Graece, te stipant mille legentem,
Sive Latina legas, prompta juventa venit.
Judaicae *solum moerent, lugentque cathedrae,*
Hasce scholas vix, vix unus & alter adit.
Huc pauci reptant, raro vergentibus annis,
Verbi praecones, parcius, idque senes.
Linguarum mater simplex, verecunda, modesta,
Casta, severa, gravis, nil triviale loquens.
Quae volat in Caelum superas evecta per auras,
Quae sacro altisoni considet ore Patris;
Non Pythicos tripodes, non Delphica somnia jactans,
Ast Evangelii *dicta sacrata canens,*
Numinis aeterni mysteria condita pandens,
Terrea non redolens, cuncta sed alta sonans;
Hae quid commerita est, ut sic intacta jaceret?
Sola-

Solaque cur procos non habet ista suos?
Discendo reliquas totos consumimus annos,
*H*is *nugas manibus volvimus assiduis:*
Quis sopor hic tantus nobis, gravis unde veternus?
Unde haec musicalis nausea oborta togis?
Hirsutam clamant dumis squallere refertam,
Spinis, & spissis sentibus horridulam.
Qui dedit os homini, qui vocem, plectraque linguae,
Ille rudis populo dicitur esse suo?
Rhetoricae Doctor, Logices fons atque magister;
Nobis facundis hirtus & asper erit?
Hac protoplastas Adam *primaevae stirpis origo,*
Hac usi Patres, Angelicusque *chorus:*
Hac Moses *Lege scripsit, prognostica* Vates,
Hac Lingua Hebraea *dulcisonaquae lyra:*
Hac David *Psalmos cecinit, Proverbia* Slomon
Caelesti cithara dulcisonisque modis:
Hac olim Christus, *Lux & Sapientia Patris,*
Subjecit fraeno ferrea colla suo:
Saasit, persuasit, fures & scorta vacavit,
Hac surdos traxit, saxaque perdomuit.
Hac Pater *ore suo quondam est oracula fatus,*
Et censenda tamen barbara lingua Dei?
Dulcius an nobis caecus resonabit Homerus,
Quam sanctus sancto Siritus eloquio?
O teneras aures doctas nimis atque disertas,
Ut quibus indoctus creditur esse Deus.
Unde hae deliciae? quorsum fastidia tanta?
Quum stomachos tantis provocet illecebris?
Non sic inculta est, flores habet atque figuras
Multis

Multis mellifluis tota resperſa tropi.
Cultior haud Cicero Latial s gloria linguae,
Non Demoſthenicus gratior ille lepos.
Si facilem quaeras, levior non altera lingua,
Nulla tuos tardat longa ſalebra pedes.
Sunt paucae voces, has unus devorat annus,
In reliquis Babylon cernitur, atque chaos.
Si tibi Linguarum placeat grandaeva ſenectus,
Prima fuit terris, ultima forſan erit.
Nec juſſit Dominus ſpecus luſtrare Platonis.
Sed nec Lycaeum, ſolivagamque ſtoam.
Non Tuſculani Romana viraria campi,
Quin neque Cecropii roſcida mella ſoli:
Aſt, Scrutare, *inquit*, ſcripturas, quaerito Moſen,
Ex Iſraëlis fonte petantur aquae.
Ergo linguarum quum dux ſit, primaque radix,
Ex qua vulgares, Graeca, Latina fluant.
Quum non ſit variis multum ſinuoſa meandris,
Sed levis & ſimplex, clara, diſerta, brevis:
Nec nodos habeat, ſed tollat, dogmata ſolvat,
Obſcuris lucem praeferat atque facem:
Non pudeat ſanctos ſanctam didiciſſe Camaenam,
Nativiſque ſuis Biblia *ſcire tonis*:
Diſcamus breviter linguam, quae Sancta *vocatur*,
Sancte, commentis undique ſepoſitis.
Dulcius ex ipſis hauritur fontibus unda,
Oreque divino purius imbibitur.
Non arcere decet pueros, non pellere quemquam,
Sunt arcana piis omnibus expoſita.
Haec non Rabbinis tantum, non obvia Clero,
Sed patefacta bonis, ſed reſerata piis.

Nec

Nec pudeat claros, inopes, juvenesque, senesque
Causidicum, medicum, Rhetora, Grammaticum
Aeternas nostrae Tabulas versare salutis,
Caeli thesauros scire, suumque Deum.
Non his fomentis Messiae nomina tincta,
Fraudetur pubes, sanctificoque cibo:
Sic et hnissarent mediis in gentibus orti:
Non hoc lacte suos Turcica terra nutrit.
ALME DEUS pellas has nostri temporis umbras
Tuque tuumque malo promicet orbe jubar:
Discere te doceas, dediscere cetera prae te,
Scire nihil nisi te; nam tua scire sat est.

Latina menda, quae in priorem Grammatices partem irrepserunt, sic castiga.

UT in pagina 3. quatuor esse. 5. anno post Christum 20. *dele* modo ei non praecedat kamets, & *pro illo substitue* vertendum in sceva si praecedat kamets. 21. a *Bait* domus. 46. formatur. 48. litterae 52. Tertiae Conjugationis. 95. *dele* (*b*) *fac item* (a). 103. maxime. 105. *dele*, vel se in aliquam, *fac* vel illud in aliquam. 117 At quoniam est e deficientibus. 120. respuat. 122. atqui ego in iis. 127. *lege non* praeter affixa constructa, *sed* praesertim ante Affixa constructa. 132. loquuti *dele* satisfacti. 145. reddi debeat.

In altera Grammatices parte.

10. Mescihhaeka. 13. orationem. 44. susceptos, *dele* perpessos. 69. refert 70. supervacaneam. 81. multipliciter, *dele* tripliciter. 87. domus ciconiae. 92. celeritate pedis 94. Christum vocetis. 102. Tzione. 110. universa terra. 11.. La nota di questa facciata con quella di dietro sonsi mutate scambievolmente, onde si rimettano a suo luogo. 117. Ad ostium portae. 118. dat nivem. 19. aetate erat 120 Hebraei exponunt 122. idem est quod. 133. Hae sunt generationes. 134. si ignoras tibi. 136. Quum, *dele* quid. 137. Superiori. 139. potero surgere. 140. χάλα. 141. quum eadem. 142. cetera. Latinis. ignotae. Hymnus. Horatius. daret. 149. Citra interrogationem. 152. ut ab hoc. 154. non autem. 155. audiat terra. 158. in consilio impiorum. 170. supprimitur item atque anterius verbum, si quoque sit substantivum, ut Gen. 177. in idem regreditur. 178. uti jacent. 187. venerunt 188. reverebuntur. 189. adjunguntur. 190. utraque manus eius. profanantes illud. profanantium. 195. quum ferme. 204 adolescunt. 208. oscula. consensus. Calmetus. imperium oris illius. Regibus. subditi. 222. proindeque totius.

HEBRAICA MENDA SIC CASTIGA IN PRIORI PARTE.

Ut in pag. 18. שָׁר. 22. רָבַד מֶלֶךְ. 23. חָם adverte dum, quod ח *hhet* male fusum in principio quum fuisset, saepenumero offendes, quod colludet cum ה *he*. 31. dele ם, ן quae etsi non temere apposuissem, utpote Buxtorffii sententia, deprompta ex ejus Syntaxeωs cap. 7. satius tamen est cla-

claritatis ergo ea præterire. 41. לַקַחַת.
· בֵּרַךְ · נָתַנְנוּ 56. פֵּרְשׁוּ 55 · מִן 49.
· 76 · צֶדֶק a הִצְטַדֵּק 62. יַמְסִירוּ 59.
הוּשַׁב · הֻגַּשׁ · אֻשַּׁב 77 · שֶׁבְנָה
· אִיבַּל 79 · אוּשַׁב · הוּשַׁב · מוּשָׁב
· קוּם · נְקוֹמוֹתֵם 84. קָוָּה · עִוֵּת 83.
קוֹמוּ · הוּסַב · 90. יָשׁוּר · 103.
גָּבַהּ · 113. הֻסַּב · מוּקָם sine da-
ghesc 121. הַמַּגְבִּיהִי · שֶׁלֵּיךְ.

In altera Grammatices parte.

10. נִכְסָפָה , לַמְנַצֵּחַ 9. יֵשׁוּעַ 7.
פִּתְחִתָּ 16. עֻזְּךָ 14. צְבָאוֹת , לֹא
הַגִּבּוֹרִים · הֵמָּה · יְהוָה 21. שֹׁמְרִים 17.
25. יְאָרְגוּ 24. בַּשּׁוֹטִים 22. צִיר
נְאֻם · הַגּוֹיִם · אַחַת 26. נִשְׁבָּעִים . שִׁלֹּה
הַמַּחֲבֵה , הַתָּמִיד 29. בֵּית 28. יֶלֶד 27.
הָאָרֶץ 79. שְׁאוֹל 37. שְׂנֵאָה אֵין 33.
83. מְשָׁרְיִם · 93. מִן dele מִין 101.
· יוּבַל 136. וָעֶד 129. שָׁנִים 105 הִנֵּה
הִגַּדְתָּ 147. כֻּלָּם 143. הוֹדַעְתִּיךָ 138.
· אִבַּל 180. יְגִיעָה 167. זָכוֹר , אֶת 153.
יַחְמַק 203. בָּכוּ 199. הַשָּׂדֶה 187.
הָלִיל 210. חֲשִׁיב 207; עֲנָב ; הֶחֱיִק
212. כָּעַס ; לָקָה ·

Emo e Rmo Sig.

STefanō Abbate padrone di pubblica Stamperia supplicando espone a Vostra Eminenza come vorrebbe dare alla luce per pubblico comodo de' Studiosi un libro intitolato: *Epitome Linguae Hebraicae concinnata a Januario Xysto in Reg. Neapolitano Gymnasio Hebraici Arabicique sermonis Professore*: ricorre pertanto a Vostra Eminenza umilmente pregandola a degnarsi di concedergli la licenza, e l'averà a grazia, ec.

Admodum Reverendus D. Silvester Cato in Seminario Archiepiscop. Linguae Hebraeae Professor revideat, & in scriptis referat. Datum Neapoli hac die xv. *Augusti* 1741.

Canon. Julius Tornus
Deputatus.

Emi-

Eminentiæ Tuæ juſſu legi librum, cui titulus: *Epitome Linguae Hebraicae concinnata a Januario Xyſto in Regio Neapolitano Gymnaſio Hebraici Arabicique Sermonis Profeſſore*: eruditione ſane, ac methodo, omnium judicio comprobandum. Siquidem juventuti ad ſanctae linguae ſtudium gradum facienti, & ob difficultates, quibus Hebraica Lingua primo intuitu obſita videtur, animum deſpondenti, methodi claritate, & facilitate non modo multum affert levaminis, verum etiam ad novum fervorem, ſtudiumque incitat, atque accendit. Quapropter optandum omnibus eſſe cenſeo, ut quamtocius, benigno Emin. Tuæ placito accedente, ad juventutis, cunctorumque linguae ſanctae ſtudioſorum, commodum atque utilitatem publica luce donetur; cum præterea nihil, in quo caput eſt, in eo deprehendatur, quod aut Catholicam fidem, aut mores lædat.

Ex Ædibus Seminarii Archiepiſcopolis IV. Idus Septembris 1741.

Em. Tuæ

Humill. & Addictiſſ. Servus
Silveſter Cato.

Attenta relatione Dom. Reviſoris imprimatur. Datum Neapoli hac die XVIII. Septembris 1741.

Canon. Julius Tornes
Deputatus.

S. R. M.

Signore

STefano Abbate pubblico Stampatore di questa Città di Napoli volendo dare alla luce una Gramatica Ebrea col titolo: *Epitome Grammaticae Hebraeae*, composto da D. Gennaro Sisti Professor Regio di Ebreo in questa Università; Per tanto ne supplica umilmente la M. V. a commetterne a chi le parerà, la revisione, e'l tutto l'averà a grazia, *ut Deus &c.*

Reverend. D. Januarius Pensa videat, & in scriptis referat. Neapoli die 10. *Martii* 1742.

C. Galianus Archiep. Thessalon.
Cappell. Major &c.

Epi-

Epitome Linguae Hebraicae a Januario Xysto concinnata non modo nihil Regiis juribus absonum complectitur, verum etiam ad linguae sanctae assecutionem facillimam viam patefacit, additis ad calcem Divinorum Bibliorum idiotismis, quo major ejus linguae usus appareat, atque ad eam parandam acuat discentium ingenia. Quocirca è Republica fore censeo, si typis expressa ad communem φιλεβραίων utilitatem exeat in publicum; si Majestatis Tuae imperio ita visum fuerit.

Humill., Addict., & Obsequentiss. famulus
Januarius Pensa.

Viso rescripto S. R. M. sub die decimaquarta currentis mensis, & anni, ac approbatione facta per Rev. D. Januarium Pensa de commissione Rev. Regii Cappellani Majoris, prævio ordine præfatæ Regiæ Majestatis.

Die 27. mensis Julii 1742. Neap.

Regalis Camera Sanctæ Claræ providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma præsentis supplicis libelli, ac approbatione dicti Revisoris; Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica hoc suum &c.

MAGIOCCO. DANZA. CASTAGNOLA,
Ill. Marchio de Ippolito Præses S. R. C. tempore subscriptionis impeditus.
Ill. Marchio Fraggiani non interfuit.

Citus.

EPITOME
GRAMMATICAE HEBRÆAE
CAPUT I.
De Litteris.

Nomen	*Figura*	*Potestas*	
Aleph	א	(') ſpiritus tenuis	ࠀ
Beth	ב	Bh	ࠁ
Ghimel	ג	Gh	ࠂ
Daleth	ד	Dh	ࠃ
He	ה	(ʽ) ſpiritus aſper	ࠄ
Vau	ו	V	ࠅ
Zain	ז	Z leniſſimum ſonat	ࠆ
Hheth	ח	Hh ſpiritus aſperrimus	ࠇ
Teth	ט	T	ࠈ
Jod	י	J conſona	ࠉ
Caph	כ	Ch Χ Graecorum	ࠊ
Lamed	ל	L	ࠋ

Mem	מ	M	ࠌ
Nun	נ	N	ࠍ
Samech	ס	S acutum	ࠎ
Ghuain	ע	Ghu	ࠏ
Pe	פ	Ph Φ Graecorum	ࠐ
Tſade	צ	Ts	ࠑ
Cqoph	ק	K Graecorum	ࠒ
Reſe	ר	R	ࠓ
Ṡcin	שׁ	S	ࠔ
Sin	שׂ	S acutum ut Samech	
Thau	ת	Th Θ Graecorum	ࠕ

Quos ad dexteram partem vides ſunt hodierni Characteres Samaritani, quibus utebantur Hebraei, & Moyſes Pentateuchum exaravit; quos vero ad ſiniſtram, ii ſunt Babylonenſes, Chaldaei, quibus a captivitate uſus fuit Eſdras, ut vel Scripturam legere, ſi non illam intelligere Judaei, poſſent, ob ſuorum cum Hebraica Lingua oblivionem characterum, & quotidianum Chaldaeorum uſum.

Hebraeorum conſonae (nam de vocalibus infra) ſunt omnes XXII. Nil mirum ſi *XXIII.* appareant, quia *Sin* Hebraeorum littera non eſt, ſed irreptitia pro *Sameco*. Sic Ephrathaei corrupte quum pronuntiaſſent *Sibboleth* pro *Scibboleth*, ejuſmodi proditi ſymbolo, occiſi ſunt ex ipſis quadragintaduo millia, ut in libro Judic. XII. 6.

Hic numerus, & ordo litterarum comprobatur aliquot Pſalmis, aliiſque Scripturae locis, maxime vero Pſalmo CXIX. Et cap. I. Threnorum Jeremiae, ubi illud *ALEPH, Quomodo ſedet ſola Civitas* &c. *BETH. Plorans ploravit in nocte* &c. *GHIMEL* &c. nihil aliud ſibi volunt, niſi quod prior vox prioris verſus, quae Hebraice eſt אֵיכָה & ſignificat *Quomodo*, habet pro priori littera *Aleph*. In ſecundo verſu eſt בָּכֹה & ſignificat *Plorando*, habet pro priori littera *Beth*. In tertio verſu, *Ghimel*; in quarto, *Dalet*, & ſic deinceps. In Latina

ver-

verſione, ut ordo ille Alphabeticus ſervetur, ſimpliciter notans *Aleph* in primo verſu, *Beth* in altero, &c. quum vox *Quomodo* non incipiat ab *Aleph*, nec in ſecundo verſu, *Plorans* incipiat a *Beth*, ut eſt in Hebraico. Id igitur eſt cauſſae quamobrem Latina verſio habeat *Aleph* ante vocem *quomodo*, & *Beth* ante vocem *plorans*, & *Ghimel* &c. ut ordinem illum Alphabeticum, quem ſingulae cujuſcumque verſus primores voces in Hebraeo habent, tueretur.

Scias inſuper velim quat or eſſet ſcribendi genera ſcitu prae ceteris potiora. Primum eſt Orientalium, & maxime Hebraeorum a dextra ſcilicet ſiniſtrorſum. Alterum eſt Europaeorum, a ſiniſtra dextrorſum. Tertium eſt Orientalium aliquot, qui poſt Macedonem fortaſſis Βυςροφηδὸν ſcribere coeperunt ad initar boum ſulcos ducentium; unde ortum *verto* pro *ſcribo*. & *verſus* pro exordio alterius ſulci, quem boves, ab eadem dextra parte ad quam ſulcum priorem duxerant, auſpicabantur alterum ſiniſtram verſus, & ſic deinceps a ſiniſtra ad dexteram &c. Graeci antiquitus ſic ſcribebant, & Solonis antiquae leges. ex Suidae, & Euphorionis ſententia apud Didymum; ſic ſunt exaratae. Poſtremum genus Graeci *TACOPON* appellant a ſummo paginae deorſum, & a dextra parte ſiniſtrorſum, quod Sinenſes tenent. Nil mirum igitur ſi praepoſtero ordine Grammaticam auſpicari contneātur, & Hebraeos ſcribere, quũ maxime perantiquum ſit hoc ſcribendi genus etiamnum a pleriſqueOriẽtalibus uſurpatum.

Animadvertitur in hiſce characterib; tũ Orthographia, tũProſodia; illa praeſcribit duo, tũ ut finales litterae, ideſt, quae vocẽ claudunt, rectã habeãt formã quoad *longitudinẽ, latitudinẽq;* tũ etiã ut õnis plane *arceatur cõfuſio* ab iis maxime litteris quae inter ſe propter affinitatẽ colludere vidẽtur.

Rectã finalium litterarum formã quoad *longitudinẽ* haec quinque demõſtrant, כך מם נן פף צץ, memoriae cauſſa cõtentae hac voce *camnephats*.

Quoad *latitudinem* ſunt אה, םת & aliquando ל & ר.

Orientales vocem haud possunt in suas dividere syllabas uti pennes nos obtinet; & argumento sint Arabicae Siphrae; non enim integrum 1739. dividi potest in 17-39. Iccirco ad lineae cōplementū diducimus unam ex memoratis litteris, si forte vocem clauserint.

Arcetur tandē *confusio*, si discrimē inter Affines litteras notetur: Affines litterae sunt vel qualitate, ut רד, כב, סם, anguli enim in סרב, sunt recti, illi vero in כרב obtusiores esse videntur: vel quātitate ob linearum longitudinem, ut ךד, ןן, יו, differunt etiam ןו, נג.

Prosodia verā cuilibet litterae pronūtiationē tribuit; iccirco in quinquē Classes sunt omnes dispascēdae, juxta quinque (*) Organa, quae distincta singularum prolatione occupantur. (a)

אהחע Gutturis, sive Gutturales.
דטלנת Linguae, seu Linguales.
גיכק Palati, seu Palatinae.
זסשרץ Dentium, seu Dentales.
בומף Labiorum, seu Labiales.

(a) Litterae unius organi facile inter se commutantur; prae ceteris memoriae magis tradendae *Gutturales* propter nimium earum usum.

Gutturales ita dicuntur, quia efferuntur formato spiritu in imo gutture. *Linguales*, quia lingua ad radices dentium superiorum affixa, indeque relabente proferuntur. *Palatinae*, quia äere ad palatum oris protruso enunciantur. *Dentales*, quia dentibus lingua pulsatis efferuntur. *Labiales*, quia labiis compressis erumpuntur.

Eandem pronuntiationem litterae omnes habent, quam nos in Alphabeto supra adnotavimus: Haec tamen ח ע׳ ף specialem tantum obtinent pronuntiationem, *Hhet* Syri efferunt, ut duplicem hh. & *Ghuain* penes illos emittit sonum similem vagitui, quem vitu-

lus

lus absente matre edere consuescit, *Cqopb* demum sonum habet similem illi, quem edit Gallina, ubi ovum pepererit; quae quidem prolationes existimo esse genuinas Hebraeorum, a quibus Syri acceperint.

C A P U T II.

DE VOCALIBUS

	Longae	*Vocales*	*Breves*	
Kamets	אָ	A	אַ	Pathach
Tsere	אֵ	E	אֶ	Saegol
Chirek longum	אִי	I	אִ	Chireh breve
Cholem	וֹ vel אֹ	O	אָ vel אָ	Kamets-cathuph
Sciurek	וּ	V	אֻ	Kibbuts
		Brevissimae		
Sceva simplex	בְ	E		

& triplex sceva compositum, nempe

Cateph-pathach	אֲ	A
Catep-hsaegol	אֱ	E
Cateph-Chamets	אֳ	O

Quatuordecim omnes sunt vocales, quinque longae, totidem *breves*, & quatuor *brevissimae*, Punctis loco vocalium utuntur Hebraei quemadmodum videtis; neque puncta cum consonis sunt coaeva, aut a Moyse, vel ab Esdra sunt adinventa, ut perperam nonnulli; sed ea Tibérienses Masoretae excogitarunt, qui post confectum Talmud, seculo post Christum IƆ vel IƆC Textui cum accentibus apposuerunt.

Sceva simplex, quod exceptis Gutturalibus, ceteris omnibus subesse potest, vel *Quiescens* est, nimirum quod nō legitur; vel *Mobile*, quod revera legitur Trib; tantū in casibus quiescit, in reliquis vero omnib; effertur. Sed primū adverte, idē plane reddere pūctū illud, *daghesc forte* nuncupatū, de quo mox,

uni

uni appictum litterae,sic ל,כ,ד &c. ac si duae essent illae litterae deinceps positae,ut לל, כב , דד &c.

I. Post vocalē brevem quiescit,מִסְרוּ *misru*,nō autē *miseru*:modo nō subsit litterae, quae vel conjunctim per *daghescforte* conduplicatur ut כַּבְּדוּ *cabbedu* vel disjunctim ut הַלְלוּ *hallelu*.

II. Post vocalē lōgā,quae *accētu tonico*, de quo infra,notetur, ut תִּמְסוֹרְנָה *timsorna*,nō autē *timsorena*,quae accētus tonici circumstantia si aberit,sceva procul dubio efferetur,ut יֵשְׁבוּ *jescebu*.

III.In fine vocū tā solū,quā geminū semper quiescit,ut אַתְּ *at*,יָשַׁתְּ *jesct*. In medio vocū duo sceva si cōcurrant,primū quiescere tantum potest,sic יִמְסְרוּ *jimseru*(*);sin demū in principio,prius cōvertatur necesse est in aliquā harum breviū vocaliū,(ַ) nimirū,(ֶ),aut chirek breve; sic מַלְכֵי *malchi* pro מְלְכֵי, אֱסוֹר *ēsor* pro אְסוֹר סִפְרֵי *sipbri* pro סְפְרֵי. Alterum sceva si sub jod fuerit,

tol-

tollitur,ut בִּיהוּדָה *bibuda*,pro בִּיְהוּדָה.

Sũma igitur haec eſt,quod quieſcit ſceva ſimplex poſt vocalẽ brevẽ niſi conduplicatis litteris ſubſit: quieſcit poſt vocalẽ longa accentu tonico notatam;atque in fine vocis tam ſolũ quã geminũ quieſcit.

(*) Hinc Tyro ad cognoſcendas quieſcentes litteras progrediatur, rejiciendo ad magis opportunum tempus,quae ſuper ſimplici, & compoſito ſceva inferius praeſcribuntur.

De ſceva autem compoſito ſcias velim,quod *compoſitum ſceva* ſubGutturalibus fere sẽper locũ habet. Gutturalis *punctat ſe , et praecedentem*. Punctat ſe; dũ facultatẽ habet ponẽdi ſub ſe ſceva compoſitum,ut בַּאֲמִינָה, א enim facultatẽ habet recipiendi (ֲ) pro ſimplici(ְ)quia eſt gutturalis. pũctat praecedentem vocale ſibi ſimile, quoties praecedens admitteret ſceva ſimplex,ב enim in allato exẽplo debebat habere ſceva ſimplex , ſed quoniã praeit gutturali , gutturalis dat ei vocalẽ ſibi ſimilẽ, א habet(ֲ),dedit igitur & antecedenti ב (ַ) : ſi forte habuiſſet (ֱ) dediſſet (ֶ): ſi (ֳ) dediſſet & (ָ).

Gutturalis igitur facultatem habet recipiendi ſceva compoſitum;at ſi noluerit recipere,in poteſtate quoq. ejus eſt diſſolvendi illud, & recipiendi unã

ex

ex componentibus partibus:verũ antecedens littera ſemper conſiderabit gutturalem notatam cum ſceva compoſito,& ideo admittet vocalem ſibi ſimilem,e.g. מַעֲלָה *maghvla*,ע quum ſit gutturalis facultatẽ habet recipiendi ( )ſic מַעֲלָה,vel ſimplex( )ut מַעַלָה,vel ſimplex ( )ut מַעְלָה,מ tamen praecedẽs littera sẽper admittat( ),quia gutturalẽ ע sẽper notatã cũ( )cõſiderat.Idẽ quoq; erit de gutturali notata cum( )vel ( ).

Fit interdum,ut & cõtrahantur in , ut לֵאמוֹר *lemor* pro לֶאֱמוֹר *leemor*:& cũ cõtrahantur in unicũ( )ut בַּאדוֹנָי *badonai* pro בַּאֲדוֹנָי *baadonai*.

Quienſcetes appellantur hae litterae אהוי quia otioſae in voce exſiſtũt,ceterę õnes dicũtur *mobiles*,quae ſe movẽt, ideſt pronuntiantur . Priores א & ה vocalibus exutae quieſcũt,ſed ה tantũ in fine dictionis,א vero tã in medio,quã in fine. Quieſcit ו quoties inſeruit vel cholem , vel ſciurech . Littera *jod*

de-

Demum post kamets sequente vau mobili; item post tsere, saegol, & chirek.

Quatenus ad litterarum conjunctionem cum punctis, littera prius auditur, quam punctum, ut לָ. לְ & fit *la*. Excipe ח, ע, הּ cum mappik in fine dictionis. Nam post tsere, chirek longum, cholem, & sciurek ad faciliorem sui pronuntiationem assumunt sub se patach, quod dicitur *patach furtivum*, eo quod furtim efferatur; ut יַשְׁמִיעַ, יַשְׁמֵעַ, & per crasin יַשְׁמַע, יַשְׁמַע.

C A P. III.

De Daghesc, & Mappik.

Ventri litterarum inscribitur punctum, pronuntiationi ipsarum inserviens, diciturque vel *daghesc*, vel *mappik*. Duplex est *daghesc*, aut *lene*, aut *forte*.

Lene in litteris tantum inſcribitur בגד כפת *Begad chephath* memoriae cauſſa dictae, atque ab his adſpirationem tollit; unde בּ effertur per b; גּ per γ Graecorum; & quemadmodum penes ipſos ἄγγελος, ἅγιος efferuntur anghelos, aghios, ſic Hebraeorum גֶּ *ghe*, גִּ *ghi* efferendi; Item כּut κ Graecorum; פּ ut p Latinorum.

Forte litteram pronuntiatione geminat, & omnibus litteris adhibetur exceptis *Gutturalibus*, & ר. Itemque a ſex litteris Begad chephat praeter litterae geminationem, adſpirationem quoque tollit, ut in *dagheſc lene*. At dixerit quiſpiam, in hiſce litteris quomodo *forte* a *leni* dignoſcetur? hoc ſcilicet criterio: quoties in principio dictionis reperiatur, aut ei praecedat *ſceva*, tunc quidem *lene* erit; erit vero *forte* quum ei nihil tale acciderit.

Da-

Daghesc forte ante se requirit vocalem brevem; longam raro admodum; quod si aliquando reperiatur, semper praecedit accentus tonicus, de quo mox sermo est instituendus; ut לָ֫מָּה, unicum excipe בָּתִּים, quod tonico praecedenti caret: brevissimas, nec quidem ante se requirit, nisi unica excepta voce שְׁתַּיִם *duo*.

Quum autem vocum analogia saepe postulet, ut post vocales longas *daghesc forte* adhiberi oporteat, fit, ut vocales longae antecedentes in breves eis analogas mutentur, ut Kamets in patach; tsere in chirek breve; cholem in Kamets-chatuph, vel Kibbuts; sciurek in Kibbuts.

Contra vero *daghesc forte* ex *Gutturalibus*, & ר exclusum, litteras antecedentes breves in longas convertit; ut patach in Kamets; Kirech breve, in tsere; Kibbuts,

in ſciurek , vel cholem.

Mappik eſt punctum , quod litteris tantummodo (ה) , & (י) inſcribitur , eaſque genuino ſuo ſono pronuntiandas eſſe docet : quod punctum ſi deficeret , quieſcentes omnino illae exſiſterent .

C A P. IV.

De Accentibus.

Accentus eſt vel *tonicus* , vel *euphonicus*; *tonicus* eſt , qui ultimam , vel penultimam ſyllabam acuit. Vox in ultima habens accentum, chaldaica voce dicitur *milraghb* מִלְּרַע , in penultima vero ſi habeat , dicetur *milghbel* מִלְּעֵיל.

Inter *tonicos* accentus quatuor nobis ſunt apprime neceſſarii , qui dicuntur pauſantes , ſive Reges majores , qui interpunctionum munere funguntur , ſuntque 1. (אֽ׃) *ſilluk* ,

ſive

five *foph-pafucb*, qui periodum integram abfolvit. 2. (א) *Athanacb*, qui colon, feu membrum conftituit. 3. (א) *fakephkaton*, qui femicolo infervit; & 4. (א) *Rebbia*, qui commati latinorum refpondet. De reliqua vero accentuum turba, nihil plane folliciti.

Punctorum mutatio fi qua propter accentus paufantes advenerit, ufu, atque exercitatione perdifcetur, hoc tantum in praefentia accepiffe fufficiat, quod patach, & faegol convertantur faepenumero in Kamets.

Eupbonicus accentus unicus eft, qui *metegb* nuncupatur, & locum habet in antepenultima dumtaxat fyllaba, nam in ultima, & penultima jurifdictionem fuam exercebit *tonicus*. Ponitur primo hic *metegb* vocalibus longis ante fceva, ut הָיְתָה

ubi

ubi ſi *metegh* non ſe interpoſuiſſet inter kamets , & ſceva hoc modo (ָ ְ) , kamets ſine dubio evaſiſſet kamets-chatuph, ut mox dicemus. Itemque *metegh* ponitur poſt vocales breves , & tunc ſceva ſubſequens erit *mobile* ut יִרְאוּ timebunt .

Makkaph (־) , id valet Hebraeis, quod ſubunio Latinis: conjungit duas dictiones unico accentu pronuntiandas , ut כָּל־הָאָרֶץ ; ſimulque convertit dictiones accentu tonico deſtitutas, mutando cholem, & tſere ante conſonam mobilem in fine vocis , in vocales breves kamets-chatuph & ſaegol , ut , כָּל־ , אֶת־ , pro כֹּל , אֵת

C A P. V.

De differentia kamets-chatuph a kamets longo ; & a kateph-kamets .

Quandoquidem kamets chatuph nunc per nudam figuram kamets lon-

longi(ָ)describitur; nunc per praeposita duo puncta(ֳ), qua figura etiam Chateph kamets notatur, discrimen aliquod intercedi necesse est. Quadrupliciter a kamets longo distinguitur, quoties nudam kamets figuram obtinet.

1. Kamets absque *metegh* ante sceva, est kamets-chatuph, idest *O* breve: ut חָכְמָה hhochma. Excipe Jobum, Psalmos, & Proverbia.

2. Kamets ultimae syllabae accentu tonico destitutae, ante consonam mobilem, breve est: ut וַיָּקָם vajakom. Sic ante makkaph ut כָּל־ Kol.

3. Kamets sine accentu ante *daghesc forte*, breve est: ut רָנּוּ ronnu.

4 Kamets ante gutturalem notatam cum chateph kamets, breve est: ut אָהֳלוֹ oholo: de criterio (ֳ) utrum chateph kamets, aut kamets

cha-

chatuph ſit, haec brevi habetote.

Kateph Kamets quum ſit ſceva compoſitum, locum tantum habebit ſub gutturalibus; nec periculum eſt poſſe pro *O* brevi accipi, nam nec proponitur litterae dagheſciatae, nec vim habet reddendi mutum ſceva ſimplex ſi ei fortaſſe ſequatur; Kamets chatuph vero has omnes exſerit virtutes.

CAP. VI.

De Nomine.

Eadem plane quae latinis accidunt ſuper Nomen, accidunt & Hebraeis niſi quod feminino plerumque utuntur ad neutrum, quo carent, exprimendum. Abbundant tamen duali numero ad res natura binas ſignificandas, ut aures, nares, manus, noſtis cetera.

Caſus autem ex ſola ſermonis ſtru-

ctura dignoſcuntur , non diverſa terminatione , aut articulis , ut perperam ajunt nonnulli . הַ communis omnium caſuum articulus eſt . שֶׁל Rabbinis eſt ſignum Genitivi . לְ Dativo communiter inſervit , interdum vero Genitivo,& Accuſativo . אֶת ſaepenumero Accuſativo , aliquando vero Nominativo , Dativo , & Ablativo . מִן demum Ablativo dumtaxat .

In Generibus *ſignificatio* advertenda aeque eſt ac *terminatio* . Maſculini Generis ſunt nomina Virorum , Montium , Fluviorum , cetera . Feminini vero illa Mulierum , Urbium , Regionum , cetera . Ex *terminatione* autem eccujuſnam Generis ſit Nomen , non facile perſpicies;Lexicorum ope id totum aſſequi licet;femininae ſunt iſthaec ſaepenumero *terminationes* in הָ, הֶ, ִית: ות

Motio de masculino in femininum, fit assumto (ה ָ), ut שַׁר *cantor*, שָׁרָה *cantatrix*: Desinentia tamen in (ִי) moventur & in (ָה), & in (ִית) ת simpliciter assumendo, ut a שֵׁנִי *secundus*, fit שְׁנִיָּה, & שֵׁנִית.

Quoad Nominum Declinationes duae omnino sunt, & ex sola nominativi singularis flexione in pluralem dignoscuntur: Prima dicitur masculinorum, atque in (ִים) regulariter desinit, ut a טוֹב, טוֹבִים *boni*. Altera vero femininorum, quae desinit in (וֹת), resecando terminationem in ה ָ si forte habeat, ut צְדָקָה fit צְדָק, admissa terminatione וֹת, fit צְדָקוֹת *justitiae*; excipe אָמָה Ancilla, אֲמָהוֹת.

Duales harum Declinationum ambo in (ַיִם) desinunt, ut קֶרֶן *cornu* קַרְנַיִם; שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם, prius exemplum masculino inservit generi, al-

alterum vero feminino : iſto ferme pacto inflectuntur , ſi his ſimilia , quoad litteras , aut vocales dabuntur nomina ; ideſt duo (ֶ) convertuntur in (ַ), & ſceva quieſcens , littera ה in femininis in ת commutatur .

Punctorum ſane intervenit mutatio , ſi e maſculino in femininum , e ſingulari in pluralem , aut dualem numerum tranſierit nomen : Haec, inquam , mutatio , utpote in his omnibus ſemper eadem , univerſalioribus hiſce praeceptis contineri belliſſime poterit . In penultima dictionis ſyllaba(nam de ultima mox dicemus) ſi forte vocales breves (ַ) & (ֶ)advenerint , aut longae(ָ)&(ֵ); itemque cholem, ſed cui ſaegol ſubſequatur , convertuntur omnes in *ſceva ſimplex*,modo nullis ſubjiciantur *gutturalibus*;quae *compoſitum ſceva* ſibi uſque vindicant . Exempli cauſ-

ſa גָּדוֹל, fem. גְּדוֹלָה *magna.* אָמוּר, plur. אֲמוּרִים *dicta.* חֶרֶב, plur. fem. חֲרָבוֹת *gladii*. Nihil eſt, quod admireris, ſi immutata reſpicies haec puncta, kamets nimirum in חָרָשִׁים, a חָרָשׁ *artifex*; & tſere in חֵרְשִׁים, a חֵרֵשׁ *ſurdus*, ſtant enim loco ejecti dagheſc, quod in ſe, ut jampridem adnotavimus littera ר admittere non poterat; idem plane eſto judicium in aliis exemplis generis ejuſdem.

In ultima vero ſyllaba kamets manet, ſimiliter cholem, & ſciurech itemque tſere, modo ei non praecedat kamets: quod ſi dagheſc forte in ultima littera admittatur propter motionem ex uno numero, aut genere in aliud, tunc quidem vero praedictae vocales longae in breves eis analogas vertantur neceſſe eſt, ut גָּמָל *camelus*, גְּמַלִּים, קֵן *nidus*, קִנִּים. אָדוֹם *rufus* אֲדֻמִּים. Scias inſuper ve-

velim, יוֹם reddere יָמִים *dies*, & רֹאשׁ, רָשִׁים *capita*.

Patach, & saegol ultimae syllabae convertuntur in kamets, ut מֶלֶךְ, pl. מְלָכִים *Reges*. Patach, & chirek contrahuntur in tsere, ut זַיִת *oliva*, זֵתִים, בַּיִת *domus* fit בָּתִּים, a תַּיִשׁ *hircus* תְּיָשִׁים.

Terminatio in ה abjicitur, ut a יָפֶה *pulcher*, fit יָף, inde vel fem יָפָה, vel pl. m. יָפִים; sic plane de terminatione in (י) dicendum, ut יְהוּדִי *Judaeus*, pl. יְהוּדִים; aliquot tamen exceptis.

Quaedam autem masculina, citra regulam, flectuntur more femininorum, ut אָב *Pater* pl. אָבוֹת; & contra, ut עִיר *Urbs*, pl. עָרִים; quaedam vero utroque modo, ut הֵיכָל *palatium*, pl. הֵיכָלִים, & הֵיכָלוֹת.

De

De statu absoluto, & statu regiminis nominum.

Duo substantiva, quoties nullam inter se habent relationem, ut unum de altero non dicatur, tunc *in statu absoluto* esse dicuntur; *in statu* vero *regiminis* si totum e contrario. Vocalium mutationem, quam propter *regimen* nomina subeunt, est ut kamets, & tsere postremae syllabae in patach; penultimae in sceva, ut דְבַר מֶלֶךְ *verbum Regis*, a voce דָבָר cum duplici kamets. Terminatio insuper in (הֶ) mutatur in (הֵ), item patach, & chirek in tsere, ut a בַּיִת, fit בֵּית.

In allato exemplo *verbum Regis* observandum, quomodo penes nos *τὸ verbum* manet invariatum in recto, Rex de quo *verbum* dicitur mutationem patitur; quod plane contrarium apud Hebraeos obtinet.

Quoad litterarum mutationem pro-

pter *regimen* haec eſt, ut terminationes in (ִים),&(ַיִם)in pluralibus, & dualibus, mutentur in (ֵי), ut דִּבְרֵי מֶלֶךְ *verba Regis*, pro דְּבָרִים. Feminina item mutent ה in ת, ut תּוֹרַת מֶלֶךְ *lex Regis* a voce תּוֹרָה *lex.*

Tria nomina אָב *Pater*, אָח *frater* חָם *ſocer* aſſumunt a fine (י), ut אֲבִי, cetera: Item אָוֶן *iniquitas*, מָוֶת *mors*, תָּוֶךְ *medium*, contrahuntur in cholem, ut מוֹת, cetera.

CAP. VII.

De Pronomine.

Pronomina duplici ſunt in genere; alia dicuntur *ſeparata*, alia *conjuncta*. Separata vel ſunt *integra*, vel *defectiva*; *integra*, quae genere, & numero diſtinguuntur, & ſunt tria, tres perſonas indicantia, flectunturque hoc modo.

PRONOMEN SUBSTANTIVUM SINGULARE

ABLATIVUS.	ACCUSATIVUS.	DATIVUS.	GENITIVUS.	NOMINATIVUS.	
mimmenni (2)מִמֶּנִּי	othi אוֹתִי	li לִי	fcelli שֶׁלִּי	ani (1)אֲנִי	*EGO* communis generis.
mimmecha מִמְּךָ	othecha אוֹתְךָ	lecha לְךָ	fcellecha שֶׁלְּךָ	atta אַתָּה	*TU* maculini generis.
mimmech מִמֵּךְ	othach אוֹתָךְ	lach לָךְ	fcellach שֶׁלָּךְ	at אַתְּ	*TU* feminini generis.
mimmennu מִמֶּנּוּ	otho אוֹתוֹ	lo לוֹ	fcello שֶׁלּוֹ	hu הוּא	*IS IPSE*
mimmennah מִמֶּנָּה	othah אוֹתָהּ	lah לָהּ	fcellah שֶׁלָּהּ	hi (3)הִיא	*EA IPSA*

PRONOMEN SUBSTANTIVUM PLURALE.

mimennu מִמֶּנּוּ	othanu אוֹתָנוּ	lanu לָנוּ	fcellannu שֶׁלָּנוּ	anu (4) אָנוּ	*NOS* commun generis
mimmechem מִמְּכֶם	ethchem אֶתְכֶם	lachem לָכֶם	fcellachem שֶׁלָּכֶם	attem אַתֶּם	*VOS* mafculin generis
mimmechen מִמְּכֶן	ethchen אֶתְכֶן	lachen לָכֶן	fcellachen שֶׁלָּכֶן	atten אַתֶּן	*VOS* feminini generis
mehem מֵהֶם	(5)ethhem אֶתְהֶם	lahem לָהֶם	fcellahem שֶׁלָּהֶם	hem הֵם	*JI IPSI*
mehen מֵהֶן	6)ethhen אֶתְהֶן	lahen לָהֶן	fcellahen שֶׁלָּהֶן	hen הֵן	*EAE IPSAE*

anochi mimmeni minni
(1) vel אָנֹכִי . (2) vel מִמֶּנִּי , מִנִּי, &
menni hi anu
מֶנִּי . (3) vel הִוא,(ו) pro (י) . (4) אָנוּ propria Rabbinorum vox eſt, pro gentilitio Hebraeorum vocabulo
anahhnu nahhnu otham
אֲנַחְנוּ , vel נַחְנוּ . (5) vel אוֹתָם , aut cum ה paragogico אוֹתָמָה . (6) vel
othan othana
אוֹתָן , aut cum ה paragogico אוֹתָנָה; quod ה paragogicum in aliis quoque caſibus reperitur deſinentibus in ם vel ן, vel in ךָ ut proprium eſt ſecundae perſonae אַתָּה.

Nihil eſt tam Hebraeis uſitatius, nihilque in tota Scriptura tam frequentius recurrunt, quam *Pronomina* iſthaec *ſubſtantiva*; atque *affixa* cum Nominibus, aut Verbis de quibus infra: eapropter memoria tenacius quum ſint complectenda, tuo occurrens incommodo, o Hebraicae Linguae Candidate, ea ſic digerere

una cum cujuſcunque Hebraicae vocis pronuntiatione volui, quemadmodum intueris, eriſque infra intuiturus.

De *ſeparatis Pronominibus*, ſed *integris* hactenus; de *ſeparatis* vero *defectivis*, paucis accipite; vel enim haec deficiunt numero, vel genere, vel utroque. זֶה *hic iſte*. זוֹ, זֹה, זוֹת *haec iſta* plurali deficiunt, ut etiam זוּ *hic*, & *haec* commun. generis ..

אֵל autem, & אֵלֶּה *illi, ae, a.* com. generis *ſingulari* ſaepenumero carent.

אֲשֶׁר relativum *qui, quae, quod* eſt utriuſque numeri, & generis; quemadmodum & מִי interrogativum perſonae *quis?*, & מָה, מַה, מֶה interrogativum rei *quid?*

Pronomina Conjuncta ſunt vel *praefixa*; vel *affixa*, ut eſt in communi vocabulo, quum *ſuffixa* dici ipſa deberentur, quoniam fini vocum adhaerent. *Praefixa* duo ſunt

utriuſ-

utriusque generis, & numeri, primum est (שֶׁ) *qui*, *quae*, *quod*, contractum ab אֲשֶׁר; alterum est (הַ) quod quadruplici potissimum de caussa adhibetur; Primo idem valet ac Graecorum articulus ὁ, ἡ, τό; Italorum *il*, *la*, *lo*, ut הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεὺς *il Re*. Secundo emphasim majorem denotat. praefigiturque Pronominibus tertiae Personae, ut הַהוּא *ille ipse*, item הַזֶּה,& הַזּוּ cum epenthesi litterae ל fit הַלָּזֶה, & הַלֵּזוּ,& per apocopen הַלָּז Tertio ex linguae usu praefigitur ad luxuriem, eam tamen admodum elegantem. Quarto demum Pronominis שֶׁ officio interdum fungitur.

Praedicta duo (שֶׁ)& (הַ) requirunt daghesc forte in prima littera vocis, cui appinguntur; interdum vero propria retinent puncta etiam ante *gutturales*, interdum autem in longe alia, atque alia commutant.

Affixa singularia cum paradigmate masculino, & Pronominibus substantivis, a quibus Affixa derivant.

	Talmidhim		Talmidh	
Discipuli	תַּלְמִידִים	*ex*	תַּלְמִיד	*Discipulus*
com.gen.*mei*	ַי	שֶׁלִּי (1	ִי	*meus* com. g.
masc.gen *tui*	ֶיךָ	שֶׁלְּךָ	ְךָ	*tuus* masc. g.
fem.gen.*tui*	ַיִךְ	שֶׁלָּךְ	ֵךְ	*tuus* fem. g.
m.g. *sui ejus*	ָיו	שֶׁלּוֹ	וֹ (2)	*suus ejus* m. g.
f. g. *sui ejus*	ֶיהָ	שֶׁלָּהּ	ָהּ	*suus ejus* f. g.
talmidh תַּלְמִידֵי		AFFIXA PLURALIA.		talmidh תַּלְמִיד
com. *nostri*	ֵינוּ	שֶׁלָּנוּ	ֵנוּ	*noster* com.
masc. *vestri*	ֵיכֶם	שֶׁלָּכֶם	ְכֶם	*vester* masc.
fem. *vestri*	ֵיכֶן	שֶׁלָּכֶן	ְכֶן	*vester* fem.
sui eorum.	ֵיהֶם	שֶׁלָּהֶם	ָם	*suus eorum*
sui earum.	ֵיהֶן	שֶׁלָּהֶן	ָן	*suus earum*

Affixa quemadmodum Nominibus adhaereant, quomodo ex integris Primitivis deducantur, & quid sibi velint,

lint, praedictum paradigma, itemque alterum generis feminini, quod mox subjungā satis abunde vos instituent.

(1) Pronominum Genitivis non temere hoc loci usus sum ad ostendendam *Affixorum*, idest Possessivorum derivationem, tum quia ex omnibus omnium Personarum *rectis* casibus non bene res ex animi sententia cessisset; tum maxime, quia Genitivi ex sui proprio ingenio quibuslibet in idiomatis, & reliquos casus sibi similes gignunt, & quotquot inde eruantur Derivativa.

(2) Affixum הוּ Nominibus in ה finitis solummodo usurpatum videtur, quin & אָב, אָח & חָם, ut אָבִיהוּ *Pater ejus*.

(3) שֶׁ לָהֶם praeter affixa in ejus utroque latere constituta, est & affixum in מוֹ, quo Poëtici Scripturae libri redundant.

Af-

Affixa singularia cum paradigmate feminino.

	Toroth		Tora	
Leges	תּוֹרוֹת	*ex*	תּוֹרָה	*Lex*
com.gen. *meae*	ַי	שֶׁלִּי	ִי	*mea* com. g.
masc.gen. *tuae*	ֶיךָ	שֶׁלְּךָ	ְךָ	*tua* masc. g.
fem.gen. *tuae*	ַיִךְ	שֶׁלָּךְ	ֵךְ	*tua* fem. g.
m.g. *suae ejus*	ָיו	שֶׁלּוֹ	וֹ	*sua ejus* m.g.
f.g. *suae ejus*	ֶיהָ	שֶׁלָּהּ	ָהּ	*sua ejus* f.g.
toroth תּוֹרוֹת		Affixa Pluralia.		tora תּוֹרָה *cum Affixis* תּוֹרַת
com. *nostrae*	ֵינוּ	שֶׁלָּנוּ	ֵנוּ	*nostra* com.
masc. *vestrae*	ֵיכֶם	שֶׁלָּכֶם	ְכֶם (1)	*vestra* masc.
fem. *vestrae*	ֵיכֶן	שֶׁלָּכֶן	ְכֶן (2)	*vestra* fem.
suae eorum	ֵיהֶם	שֶׁלָּהֶם	ָם	*sua eorum*
suae earum	ֵיהֶן	שֶׁלָּהֶן	ָן	*sua earum*

(1)

(1) תּוֹרַתְכֶם animadverte quemadmodum kamets ſub ר hoc loci converti debeat in pathach, ſic etiam in (2) תּוֹרַתְכֶן: ratio quamobrem id eveniat, haec eſt, quia.

Quatuor affixa כֶם, כֶן; הֶם, הֶן conſtructa dicuntur, quia nomen, cui affiguntur *in ſtatu Regiminis*, ſeu *conſtructo* eſſe volunt; iccirco eam punctorum mutationem ſubeunt, quam cernere cuique licet pag. 22.. Obſerva inſuper, quemadmodum affixa omnia pluralia ante ſe habeant litteram (י), exceptis nominibus finitis in(ָם),(ָן), & (ַי): jod tamen plerumque deſideratur.

Vocalium mutationes propter *affixa* haec ſcilicet interveniunt, quod tſere, & kamets penultimae ſyllabae mutantur in ſceva, ſed in ſingulari tantum. Ultimae vero ſyllabae kamets, & tſere ante *affixa conſtructa*, in

in patach sine hujusmodi *affixis* kamets manet, item tsere modo ei praecedat kamets; sin secus, in sceva: ut a כּוֹרֵם *vinitor*, כּוֹרְמוֹ.

Duo saegol, aut duo pathach, ambo in sceva, haec quum nequeant in principio consistere, necessario vertendum prius est in chirek, aut pathach, aut saegol.

Cholem ultimae, & penultimae manet, modo penultimae non sequatur pathach, aut saegol, ut קֹדֶשׁ *sanctitas*, tunc enim convertitur in chamets-chatuph, aut chibbuts, ut קָדְשׁוֹ *sanctitas ejus*.

Pathach, & chirek contrahuntur in tsere. Quae sunt formae פְּרִי transponuntur, idest sceva quod est in penult. ponetur in ult., & chirek longum, breve effectum ponetur in penult., ut פֶּרְיוֹ *fructus ejus*; ante affixa non item.

Feminina pluralia recipiunt affixa ad formam constructam; ut צִדְקוֹתָיו *justitiae ejus*, a צְדָקוֹת.

Tria nomina תָּוֶךְ, מָוֶת, אָוֶן contrahuntur in cholem, ut מוֹתוֹ *mors ejus*. אָב vero, חָם, & אָח assumunt *jod*, & retinent *kamets*, ut אָבִיךָ *pater tuus*; praeterquam cum affixis constructis, ut אֲחִיכֶם *frater vester*. שֶׂה *pecus*, & פֶּה *os*, vertuntur hoc modo פֶּה in פִּי, & שֶׂה in שֵׂי aut שֶׂי.

Hactenus de *vocalium*, nunc de *litterarum* mutatione pressius admodum agemus. Masculina pluralia syllabam (ם) plane abjiciunt; ut a תַּלְמִידִים, תַּלְמִידַי *discipuli mei*: feminina singularia in (ה) mutant ה in ת, ut a תּוֹרָה fit תּוֹרָתִי *lex mea*. Nomina desinentia in (ה) desinentiam illam plane exscindunt, ut מִקְנְךָ *pecus tuum* a מִקְנֶה: sed ante affixum (ה) saegol manet; ut מִקְנֵהוּ *pecus ejus*.

CAP. VIII.

De Verbo.

Verborum duo Genera sunt: *Perfecta* nimirum, atque *Imperfecta*. *Perfecta*, quae *quiescentem* ex harum numero א,ה,ו,י nullam admittunt; neque in conjugando aliquam, atque erat in ejus propria Radice, deserunt litteram. Quod si deserant, ecce tibi imperfectorum verborum primum Genus jam constitutum, idest *Deficientium*: si vero *quiescentem* admittant, en alterum Imperfectorum Genus, nempe *Quiescentium*. *Radicem* nominavi, siquidem isto utuntur vocabulo Hebraei, ad ea, quae penes Graecos θέματα dicuntur, innuenda; & penes nos *Origines*, a quibus ceterae descendunt significantiae, veluti *Nomina*, *Praepositiones* *Adverbia*, cetera. Tribus autem lit-

teris omnia propemodum verba constant, interdum quatuor, sed raro admodum.

Conjugationes Hebraeis sunt quatuor, quarum tres priores duplicem habent formam, Activam scilicet, & Passivam, quarta vero ob reciprocam significationem sub una tantum forma flectitur. Unum autem idemque verbum omnes has quatuor Conjugationum formas subit, ob aliam, atque aliam significandi rationem, quam in sacris litteris se praesefert, & docent Lexicographi.

Prima Conjugatio dicitur *Pahal*, *Kal*, ejus Passiva est *Niphhal*. Secunda est *Pihel*; passiva est *Puhal*. Tertia est *Hiphil*; passiva est *Hophhal*. Quarta demum reciproca est *Hitpahel*: quae omnes nomen suum habent ab antiquo Paradigmate פָּעַל, operatus est.

Porro ex hoc Paradigmate ſingulae Radicis litterae deſignantur: in hoc paradigmate פָּעַל, prima littera eſt פ, altera eſt ע, tertia vero eſt ל; ſic enim dicimus יָשַׁב eſſe ex Imperfectorum numero, quieſcentium Pe jod, ideſt prima radicali jod, nam idem valet פ, ac prima littera cujuſlibet Radicis; ע ſecunda littera; ל tertia littera. De Imperfectis ſuo loco dicemus; ad Perfecta modo mentem omnem, atque ora convertamus.

In utriſque verborum Generibus tempora generatim ſunt tria. Praeteritum, Participium, & Futurum. Sed praeſtat in paradigmate primae conjugationis cuncta, quae de verbis dici poſſunt, obſervare, ut idem plane de aliis feramus judicium, atque de hoc uno.

C A P. IX.

De Verborum Perfectorum Conjugationibus, ac prima eorum Kal.

INDICATIVUS.

Praeteritum.

Sing.

Fem.	Masc.	
Masera מָסְרָה	Masar מָסַר	3
Masart מָסַרְתְּ	Masarta מָסַרְתָּ	2
com.	Masarti מָסַרְתִּי	1

Plur.

com.	Maseru מָסְרוּ	3
Mesarten מְסַרְתֶּן	Mesartem מְסַרְתֶּם	2
com.	Masarnu מָסַרְנוּ	1

Benoni.

Plur.	Sing.	
Moserim מוֹסְרִים	Moser מוֹסֵר	m.
Moseroth מוֹסְרוֹת	Mosera מוֹסְרָה	
	Mosereth מוֹסֶרֶת	f.

Pahul.

Plur.	Sing.	
Mesurim מְסוּרִים	Mesur מָסוּר	m.
Mesuroth מְסוּרוֹת	Mesura מְסוּרָה	f.

INFINITIVUS.

Mesar	Mesor	Masor
מְסַר	מְסוֹר	מָסוֹר

IMPERATIVUS.

Plur.	Sing.	
Misru מִסְרוּ	Mesor מְסוֹר	m.
Mesorna מְסוֹרְנָה	Misri מִסְרִי	f.

Futurum.

Sing.

Femin.	Mascul.	
com.	Emsor אֶמְסוֹר	1
Timseri תִּמְסְרִי	Timsor תִּמְסוֹר	2
Timsor תִּמְסוֹר	Jimsor יִמְסוֹר	3

IN-

Plur.

Timsorna תִּמְכוֹרְנָה	Timseru תִּמְכְרוּ 2	com.	Nimsor נִמְסוֹר 1
	Jimseru יִמְכְרוּ 3		

Quandoquidem reliquae Conjugationes, quin etiam Paſſiva hujus, quam immediate ſubjungo, eandem plane terminationem habent, pauciſſimis deflexis; ſupervacaneum amplius duco & illas quoque noſtris exprimere characteribus, quum ſatis abunde tyronum in legendo haeſitantiae conſultum eſſe videatur.

De ejus Paſſiva Niphhal.

Signa characteriſtica hujus primae Paſſivae Conjugationis ſunt duo נ praepoſitum Activo verbo, ut נִמְכַּר *traditus eſt*: Alterum verò eſt dagheſc forte in prima littera radicali, ubi נ defecerit;

IN-

INFINITIVUS.

הִמָּכֵר

IMPERATIVUS.

Plur.	Sing.	
הִמָּכְרוּ	הִמָּכֵר	m.
הִמָּכַרְנָה	הִמָּכְרִי	f.

Futurum.

Sing.

Masc.	Fem.	
com.	אֶמָּכֵר	1
תִּמָּכְרִי	תִּמָּכֵר	2
תִּמָּכֵר	יִמָּכֵר	3

Plur.

com.	נִמָּכֵר	1
	תִּמָּכְרוּ	2
תִּמָּכַרְנָה	יִמָּכְרוּ	3

INDICATIVUS.

Praeteritum.

Sing.

Fem.	Masc.	
נִמְכְּרָה	נִמְכַּר	3
נִמְכַּרְתְּ	נִמְכַּרְתָּ	2
com.	נִמְכַּרְתִּי	1

Plur.

com.	נִמְכְּרוּ	3
נִמְכַּרְתֶּן	נִמְכַּרְתֶּם	2
com.	נִמְכַּרְנוּ	1

Benoni.

Plur.	Sing.	
נִמְכָּרִים	נִמְכָּר	m.
נִמְכָּרוֹת	נִמְכָּרָה נִמְכֶּרֶת	f.

Annotationes.

Priusquam ad ulteriores Conjugationes procedamus, observare singula licebit, quemadmodum polliciti fuimus. Et primo nobis se offert vox קַל, quae *leve*, seu *lene* significat, tum a *forma*, quae nudo ac simplici

plici themate constat (tertia nimirum singularis praeteriti, quod non tale est in quacumque alia persona, aut tempore); tum etiam a *significatione*, quae hic, utpote in puro themate simplicior est. In hac prima Conjugatione simpliciter est מָסַר *tradidit*, sine ulla prorsus alia modi accessione; in reliquis vero conjugationibus, puta secunda מִסֵּר est *diligenter tradidit*; in tertia הִמְסִיר *tradere fecit*; In quarta est הִתְמַסֵּר *se ipse tradidit*.

Praeteritum.

Secundo adest *Praeteritum*, cur potissimum ab hoc, quam ab alio tempore sumatur Radix, jam modo accepistis. Praeteritum unicum pro omnibus, ut מָסַר *tradidit*, *tradebat*, *tradiderat*, *tradidisset*. Quoad variam *terminationem*, triplex omnino haec est,

est, una in (ָ), ut in מָכַר; altera in (ֵ), ut חָפֵץ *voluit*, & inflectitur ut מָכַר, sic חָפְצָה, תִּי cetera; tertia est in cholem, ut יָכֹל *potuit*; haec raro admodum accidit, atque ubique retinet suum cholem in praeterito, sic יָכֹלְתָּ, תִּי, praeterquam in tertia persona fem. יָכְלָה *potuit*, & tertia plurali יָכְלוּ *potuerunt*. Feminini secunda singularis sub ultima radicali si habeat ח, aut ע, habebit pro sceva pathach, ut לָקַחַתְּ *accepisti*, שָׁמַעַתְּ *audivisti*, pro לָקַחְתְּ, שָׁמַעְתְּ.

Observandae etiam sunt in praeterito singularum Personarum terminationes, utpote quae a Pronominibus descendunt: מָכַר *tradidit ille*; מָכְרָה *tradidit illa*, ob generalem regulam femininae terminationis, accessione nimirum ה (ָה): secunda Persona est מָכַרְתָּ ex אַתָּה, vel אַתְּ ut quinquies in tota Scriptura sic exara-

tum legitur ſine (ה), unde *tradidiſti tu homo*. מַסַּרְתְּ, ex אַתְּ *tradidiſti tu mulier*. מָסַרְתִּי ex תִּי a voce אֲנִי, littera ת poſita pro נ, quominus confunderetur, cum affixo נִי, de quo, ſuo loco, *tradidi ego*. מָסְרוּ com. gen. *tradiderunt illi*, & *illae*. מְסַרְתֶּם ex אַתֶּם *tradidiſtis vos homines*. מְסַרְתֶּן ex אַתֶּן *tradidiſtis vos mulieres*. מָסַרְנוּ ex אֲנַחְנוּ *tradidimus nos* com. gen.

Si forte fortuna ſedem ſuam accentus mutaverit, ideſt de ſecunda in tertiam aut ulteriorem ſyllabam tranſierit, tum ſane alterutra priorum ſyllabarum converti debet in ſceva, illa nimirum, cui alterum ſceva non ſubſequatur, aut dagheſc forte, aut quodvis aliud, minus tamen frequens (complecti enim omnia generalioribus regulis non licet). Sic מָסַר, מְסָרָה *maſerà*; pathach enim

hoc

hoc loci converſum eſt in ſceva propter accentus tranſitum ; Sic etiam מְסַרְתֶּם in priori ſyllaba reperitur ſceva. הֲקִימוֹתֶם *ſurgere feciſtis*, in priori, ſceva compoſitum propter gutturalem. נִמְסַרְתֶּם nulla alterutrius ſyllabarum mutatio propter ſceva ſubſequentia .

At dixerit quiſpiam in hac voce מְסָרֵה de quonam iſtorum , qui viſuntur accentuum ſermo eſt de priori ne , an de poſteriori ? certe quidem de poſteriori ; prior enim accentus eſt metegh , qui habet locum in antenupeltima , & fungitur officio *διαιρέσεως* , (ut pag. 15 .); poſterior eſt accentus tonicus , qui ſolus ſyllabam acuit , & locum habet in antepenult. & ultima . Si byſſillaba dictio duplici accentu tonico notetur , prior accentus ſyllabam acuit , ut תֹּהוּ tóhu *inanitas* . Sin vero poliſyllaba , aeger-

rime interdum dignofces utrum tonicus fit, aut euphonicus

Duae iftae voces מַכַּרָה, & מְכוּרָנָה accentus, quos praeseferunt; funt accentus tonici, quia quaelibet vox suum habere debet accentum, quo acuatur; iccirco in praedictis duabus vocibus, unus tantummodo quum reperiatur pro fingulis vocibus accentus, tonicus ille citra omne dubium cenfendus eft, non autem euphonicus. Eo igitur loci quum res fit, fceva prioris מַכַּרָה eft ἄφωνον, fin vero accentus effet metegh, tum quidem temporis efferretur, ut pag. 14. verf. 4. In pofteriori autem voce מְכוּרָנָה fceva redditur etiam ἄφωνον ut pag. 6. verf. 18.

Ad Benoni.

Benoni Participium activum eft, ad differentiam *Pabul* efformati ab

anti-

antiquo paradigmate פָעֻל, quod est Participium Passivum. Vox בֵּינוֹנִי Hebraice *medium* significat, quia interjacet inter Praeteriti, & Futuri significantiam, idest accipitur pro Praesenti, maxime quum fuerit Pronominibus adiunctum, ut מוֹסֵר, אֲנִי, אַתָּה, הוּא; *Trado*, *is*, *it*. Habet interdum sequentem punctuationem אָבֵל *lugens*. אֹסְרִי *ligans*; & cum pathach suffurato (de quo pagin. 9.) si ultima sit gutturalis ע, vel ח, ut נֹטֵעַ, & per crasin נֹטֵעַ &c.; idem de aliis quoque temporibus intelligendum, quae aliquam harum gutturalium pro novissima eorum littera habeant.

Haec duo Participia *Benoni*, & *Pahul*, utpote pura puta Nomina, Nominum procul dubio legibus obnoxia erunt, in iis scilicet, quae punctorum respiciunt mutationem, dum

e ma-

e masculino in femininum, e singulari numero in pluralem gradum faciunt.

Ad modos Infinit. Imperat. atque Indicat.

Infinitivus, *Imperativus*, atque *Indicativus* inter *modos* dumtaxat recensentur, nam *Optativus* fit adjectis optandi dictionibus, ut אַחֲלַי, לוא, לוּ *utinam*, adjectis vero אִם *si*, כִּי *cum*, aut quid aliud generis ejusdem, *Conjunctivus* emerget modus.

Inter modos, *Infinitivus* est observatu dignissimus, qui Hebraice מָקוֹר dicitur, idest *fons*, *scaturigo*, tum quia significatio definita, in reliqua Tempora, ceu quosdam certos rivulos, profluit; ut ab infinitivo *tradere*, *visitare*, *canere*, cetera, format praeteritum *tradidit*, *visitavit*, *cecinit*; futurum *tradam*, *visitabo*, cetera; tum maxime quia infinitivi modi termina-

natio eadem plane est in utrisque futuris, nempe *futuro primo*, quod est *Imperativus*; & *futuro secundo*, quod est *futurum* communiter ab omnibus dictum, super hoc videsis Novam methodum, in ejus secundo tomo, ubi de Imperativo verba facit.

Futurorum discrimen hoc est: in *futuro* enim *primo* res facienda, ut quam celerrime fiat imperatur; quod non item est in *futuro secundo*, quae duo futura penes Latinos mutuo inter se commutantur, ut Cic. ad Trebatium lib. 7. ep. 20. sed *valebis*, meque Diis juvantibus, ante brumam *expectabis* pro *vale*, *expecta*: item illa Decalogi praecepta *non occides*, *non furaberis* &c. Hebraice etiam, inter Infinitivi terminationes erat illa מְסוֹר, eadem est Imperativi; atque eadem Futuri, nisi quod Futurum ab initio aliquam, qua certa persona denotetur, litteram ad-

admittit ut mox de futuro.

Eadem poſtremo Gerundiis terminatio intervenit, quae Gerundia fiunt acceſſione alicujus harum hac voce contentarum littera בכּלם *Baclam*; ut בִּלְמוֹר נַעַר *in diſcendo puerum* a לָמַךְ *didicit*. כִּלְמוֹר *ſecundum diſcendum*, ideſt *poſtquam didicit*. לִלְמוֹר *ad diſcendum*, ideſt *ut diſcat*. מִלְּמוֹר *a diſcendo*, ideſt *ne diſcat*.

Nam בְּ ſignificat *In*, conſtituitque Gerundium in *Do*, & explicatur per *quum*, *quando*, *dum* cum tempore praeſenti; vel per Ablativum, qui vulgo dicitur *abſolutus*, ut *diſcente puero*.

כְּ *Secundum*, explicaturque per *quum*, *quando*, *poſtquam*, cum tempore praeterito, interdum vero per Ablativum abſolutum, ſed certa quadam ratione, quae praeteritum denotet tempus, ut *poſtquam didicerit*

rit Puer, vel *desinente Puero discere*.

לְ *Ad*, cum sceva; ante vero monosyllabam penacutam notatur cum (ָ); ל igitur facit Gerundium in *Dum*, & exprimitur per conjunctionem caussalem *ut*.

מִ utpote quod descendit a מִין *a*, *ex*, *de*, semper incedit cum chirik, & daghesc forti, cui appingitur; formatque Gerundium in *Do*, & fere negative sumitur, explicaturque per *ne*, *ut non*, *quominus*, etc.

Ad Futurum.

Futurum ab initio hasce litteras usque admittit אית״ן, memoriae caussa *Etan*, pro ratione personarum. א, quia ab אֲנִי primae personae. י vicarium τῦ ו, ex הוּא *ille*, ne formativum hujus tertiae personae confunderetur cum ו, quod pro conjunctione usurpatur. ת ab אַתָּה secundae per-

personae. נ ab נִתֵּן primae pluralis. Secunda masculina, & tertia feminina singularis, per omnes omnium verborum Conjugationes eandem prorsus vocem habent, ut תִּמְסוֹר *trades tu* masc.gen.& *tradet illa*. Tertiae vero, & secundae personae pluralis numeri una tantum vox ubique tribuitur, ut תִּמְסוֹרְנָה *tradent illae*, et *tradetis vos mulieres*.

ה paragogicum, quod in futuro interdum reperitur, & subinde etiam in Infinitivo, atque Imperativo, ante se desiderat kamets in penult., et sceva in antepenult. littera; eapropter mutetur necesse est quodcunque punctum, quod antea in dictione reperiebatur; sic שְׁמֹר *custodire*, שָׁמְרָה, et אֶמְסוֹר facit אֶמְסְרָה; super ה paragogico idem valet in reliquis Conjugationibus Perfectorum; nam de Imperfectis aeque dici hoc non poterit.

Vo-

Voces in ו, et י finitae crebro admittunt ן paragog. in omnibus Conjugationibus, tam in praeterito, quam in futuro.

Verba ab א incipientia, nihil tanti est, ut peculiare genus verborum *Quiescentium* constituant, quum in futuro tantum a Perfectis abhorreant: א enim quiescens in cholem vel exprimitur, ut יֹאמַר *dicet*, vel occultatur, ut תֹּסֵף *colliges*, & desinentia erit in tsere. Quod si collibitum tibi fuerit accentum in penultimam syllabam retrahere, desinentia tunc erit in saegol, ut תֹּסֶף, וַיֹּאמֶר *& dixit*.

Vau interdum dicitur *conversivum*, siquidem Praeterito si praeponatur, convertit illud in Futurum; Futuro si praeponatur, dat vim Praeteriti.

De priori activa Conjugatione hactenus, de ejus Passiva Niphhal pauciffi-

cissimis me expediam. Experientia enim jam constat, hanc Passivam Conjugationem formari unius נ ac- accessione, quod quidem נ Activae praeponitur, ut a מָכַר fit נִמְכַּר.

De punctorum vero ratione haec habe. נ incedere semper deberet ornatum sceva, quemadmodum & in reliquis Conjugationibus quaelibet alia littera, quae Radici praeponatur: Radicis quoque prior littera etiam cum sceva consideratur, dummodo in se, vel post se non contineat daghesc forte; ut הִמָּכֵר, ut מְכַּר. Duo igitur sceva primum sub littera quae Radicem praecedit, alterum sub priori Radicis littera quum simul nequeant in exordio consistere, primum necesse est convertatur in *chirik breve*, ut a נמכר fit נִמְכַּר; aut in *pathach*, ut הַמְכִּיר Quartae Conjugationis; aut in *saegol* &c. Verum si pri-

ma Radicalis erit *gutturalis* admittet pro sceva simplici compositum, quod & antecedenti vocalem sibi similem dabit, ut pag. 7. & 8., exempli caussa נֶעֱרַךְ *ordinatus est* pro נְעְרַךְ ; sic הֶאֱמִין *credidit* pro הְאְמִין.

C A P. X.

De Conjugatione secunda Pihel, & ejus Passiva Puhal.

Hujus Conjugationis characteristica signa sunt quidem duo. Primum est *sceva* sub formativis temporum; Formativae autem sunt מ in Benoni, & quatuor litterae אית״ן in singulis Futuri personis. Alterum signum est geminatio secundae radicalis litterae, ope illius puncti, quod dicitur *dagbesc forte*, ut מִכֵּר; quod punctum idem plane praestat hoc in loco ac si essent duo כ inter se sejuncta;

ubi enim istuc appingi non potest, utpote quae *gutturalis* sit, aut ר, tunc sane antecedens vocalis brevis converti debet in ejus analogam longam, ut diximus pag. 11.; interdum vero non convertitur. In hac solummodo voce הִהֵל *derisit* media radicalis ה gaudet privilegio gutturalium, quum minime dictum punctum in se recipiat, ac propterea vocalem ante se obtinet longam.

Geminanda igitur necessario est in hac Conjugatione media radicalis, qua quidem geminatione non amplius tres, ut proprium est cujuscumque Radicis, sed quatuor evadent litterae; quae quatuor litterae quadrupliciter considerantur: Primum aut duae mediae radicales sunt eaedē, & tunc una relinquitur tantum cum *daghesc forti*, ut סִפֵּר, quod idem erit, ac si esset exaratum סִפְפֵר (1). Al-

terum

terum est quum omnes exsistent inter se diversae, ut פָּרַשׁ expandit. Tertium vero externis radicalibus geminatis una alteri quum alternatim succedat, ut a גָּלַל, fit secunda Conjugatio גִּלְגֵּל volvit; a כּוּל fit כִּלְכֵּל sustentavit. Quartum denique ו assumendo, ut לוֹשֵׁן detraxit, forma, quae vulgo *Pobel* dicitur; Utut igitur in hisce variis rationibus se res habuerit, analogice ipsa flectuntur, perinde ac Conjugatio סִפֵּר, fit igitur

Benoni.

	Plur.	*Sing.*
m.	מְסַפְּרִים	מְסַפֵּר
f.	מְסַפְּרוֹת	מְסַפְּרָה מְסַפֶּרֶת

INFINITIVUS.

מַסֵּר

IMPERATIVUS

	Plur.	*Sing.*
m.	סַפְּרוּ	סַפֵּר
f.	סַפֵּרְנָה	סַפְּרִי

Fu-

INDICATIVUS

Praeteritum.

Sing.

	Masc.	Fem.
3	סִפֵּר	סִפְּרָה
2	סִפַּרְתָּ	סִפַּרְתְּ
1	סִפַּרְתִּי	com.

Plur.

	Masc.	Fem.
3	סִפְּרוּ	com.
2	סִפַּרְתֶּם	סִפַּרְתֶּן
1	סִפַּרְנוּ	com.

Futurum

Plur.			*Sing.* Fem.	Masc.
com.		נְמַכֵּר 1	com.	אֲמַכֵּר 1
תְּמַכֵּרְנָה	תְּמַכְּרוּ	2	תְּמַכְּרִי	תְּמַכֵּר 2
	יְמַכְּרוּ	3	תְּמַכֵּר	יְמַכֵּר 3

(1) *His quidem de caussis supervacaneum plane esset duas singillatim litteras easdem, ubi simul convenerint, exarare, quum dahesc fortis ministerio bellissime uti poterimus: sic* כָּרַתְּ *succidisti pro* כָּרַתְתָּ *sic* נָתַנּוּ *dedimus, pro* נָתַנְנוּ.

Annotationes
Ad Praeteritum.

Tria plerumque in saegol desinunt, ut דִּבֶּר *loquutus est*, כִּבֶּס *lavit*, כִּפֶּר *expiavit*.

Si secunda, aut tertia sit gutturalis aut ר, in patach saepenumero desinet, ut שִׁבַּר *confregit*; בֵּרַךְ *benedixit* pro בִּרֵּךְ.

De

Secunda isthaec Passiva Conjugatio *daghesc forte* in media radicali quoque habebit, ut ejus Activa; Activa habebat kirik ante daghesc: haec vero obtinet chamets chatuph, aut chibbuts; quae duo brevia puncta in cholem vertentur, si consistere daghesc forte in media radicali non poterit, utpote quia erit una gutturalium, aut ר.

Benoni.

Plur.	Sing.	
מְמֻסָּרִים	מְמֻסָּר	m.
מְמֻסָּרוֹת	מְמֻסָּרָה מְמֻסֶּרֶת	f.

INFINITIVUS.

מֻסֹּר

Fut.

Fem.	Masc.	
com.	אֲמֻסַּר	1
תְּמֻסְּרִי	תְּמֻסַּר	2
תְּמֻסַּר	יְמֻסַּר	3

Plur.

INDICATIVUS.

Præter.

Sing.

Fem.	Masc.	
מֻסְּרָה	מֻסַּר	3
מֻסַּרְתְּ	מֻסַּרְתָּ	2
com.	מֻסַּרְתִּי	1

Plur.

Fem.	Masc.	
com.	מֻסְּרוּ	3
מֻסַּרְתֶּן	מֻסַּרְתֶּם	2
com.	מֻסַּרְנוּ	1

Plur.

com.	נִמָּסֵר	1
תִּמָּסַרְנָה	תִּמָּסְרוּ	2
	יִמָּסְרוּ	3

Infinitivi terminationem hic declinat futurum

C A P. XI.

De Tertia Conjugatione Hiphhil, & ejus passiva Hophhal.

Tertia Conjugatio est, quae habet in utraque forma litteram characteristicam ה Themati praefixam; in Activa quidem forma cum chirek, ut הִמְסִיר; in Passiva autem cum kamets chatuph, ut הָמְסַר. Abjectis vero (ה) est pathach sub formativis Activi; & & kamets-chatuph, aut kibbuts sub formativis Passivi.

INDICATIVUS.

Praeteritum

Sing.

	Masc.	Fem.
3	הִמְסִיר	הִמְסִירָה
2	הִמְסַרְתָּ	הִמְסַרְתְּ
1	הִמְסַרְתִּי	com.

Plur.

3	הִמְסִירוּ	com.
2	הִמְסַרְתֶּם	הִמְסַרְתֶּן
1	הִמְסַרְנוּ	com.

BENONI.

	Sing.	*Plur.*
m	מַמְסִיר	מַמְסִירִים
f	מַמְסִירָה	מַמְסִירוֹת

IN-

INFINITIVUS.

הַמְכִּיר & הַמְכֵּר

IMPERATIVUS.

Plur.	Sing.
הַמְכִּירוּ	הַמְכִּר
הַמְכֵּרְנָה	הַמְכִּירִי

Futurum.

Sing.

Fem.		Masc
com.	1	אַמְכִּיר
תַּמְכִּירִי	2	תַּמְכִּיר
תַּמְכִּיר	3	יַמְכִּיר

Plur.

com.	1	נַמְכִּיר
תַּמְכֵּרְנָה	2	תַּמְכִּירוּ
	3	יַמְכִּירוּ

Annotationes

Ad Infinit.

Quaedam retinent formam praeteriti : ut הִרְגִּיעַ *quietam reddere* pro הַרְגִּיעַ.

Ad Futur.

Ex incipientibus ab א ; quaedam illud amittunt, ut יָהֵל pro יַאֲהֵל *tentoria figet.*; & ab initio etiam cum cholem reperiuntur ; ut אֹכִיף pro אַאֲסִיף *colligam* .

BENONI.

	Plur.	Sing.	
	מֻמְהָרִים	מֻמְסָךְ	m
		מֻמְסָרָה	
	מֻמְסָרוֹת		f.
		מֻמְסֶרֶת	

Futurum

Sing.

Masc.	Fem.	
com.	אֻמְסַךְ	1
תֻּמְסְרִי	תֻּמְסַר	2
תֻּמְסַר	יֻמְסַר	3

Plur.

com.	נֻמְסַר	1
	תֻּמְסְרוּ	2
תֻּמְסַרְנָה		
	יֻמְסְרוּ	3

De ejus Passiva Hophbal.

INDICATIVUS.

Praeteritum.

Sing.

Fem.	Masc.	
הֻמְסְרָה	הֻמְסַר	3
הֻמְסַרְתְּ	הֻמְסַרְתָּ	2
com.	הֻמְסַרְתִּי	1

Plur.

com.	הֻמְסְרוּ	3
הֻמְסַרְתֶּן	הֻמְסַרְתֶּם	2
com.	הֻמְסַרְנוּ	1

Annotationes.
Ad Particip.

Cum kamets-chatuph מ interdum reperitur, ut מָשְׁחָת *corruptus*.

C A P. XII.

De Quarta Conjugatione Hithpahel.

Conjugatio *Hithpahel* formatur a fecun-

secunda Conjugat. *Pihel*, mutato chirek in pathach, & praefixa syllaba הִתְ, ut הִתְמַסֵּר. Ratio geminationis secundae radicalis, aut per daghesc forte, aut alio quovis modo, eadem plane est quae in *Pihel*.

Duae praeterea observandae sunt figurae, quae characteristicae הִתְ accidunt Syncopa scil., & Metathesis.

Prima est, quum littera ה, vel ת excidit; ה. quum aliqua formativa Temporis, nempe מ in Benoni, & אית״ן in Futuri personis, praeponatur; ut מִתְמַסֵּר, pro מְהִתְמַסֵּר; littera ת vero, quum euphoniae caussa in primam radicalem contrahatur; maxime si sit una ejusdem organi, nempe ex *lingualibus*, ut רטנת, excepto tamen ל, quae, ut jam diximus linguae organo etiam apponitur Exempli caussa הִנַּבֵּא, pro הִתְנַבֵּא *prophetavit*.

Metathesis est litterae ת, quum pri-

prima radicalis sit una ex litteris *dentalibus*, excepto ר, ut זצסש; tunc enim illis postponitur; ac proinde post ז littera ת mutatur in ד; ut הִזְדַּמֵּן *praeparavit se* a זָמַן: & post צ littera ת mutatur in ט, ut הִצְטַדֵּק *justificavit se*, a צָדַק.

INFINITIVUS

הִתְמַסֵּר

INPERATIVUS

	Plur.	*Sing.*
m	הִתְמַסְּרוּ	הִתְמַסֵּר
f	הִתְמַסֵּרְנָה	הִתְמַסְּרִי

Futurum

Sing.

	Fem.	Masc.
1	com.	אֶתְמַסֵּר
2	תִּתְמַסְּרִי	תִּתְמַסֵּר
3	תִּתְמַסֵּר	יִתְמַסֵּר

Plur

	Fem.	Masc.
1	com.	נִתְמַסֵּר
2	תִּתְמַסֵּרְנָה	תִּתְמַסְּרוּ
3		יִתְמַסְּרוּ

INDICATIVUS

Praeteritum

Sing.

	Fem.	Masc.
3	הִתְמַסְּרָה	הִתְמַסֵּר
2	הִתְמַסַּרְתְּ	הִתְמַסַּרְתָּ
1	com.	הִתְמַסַּרְתִּי

Plur.

	Fem.	Masc.
3	com.	הִתְמַסְּרוּ
2	הִתְמַסַּרְתֶּן	הִתְמַסַּרְתֶּם
1	com.	הִתְמַסַּרְנוּ

BENONI

	Plur.	*Sing.*
m	מִתְמַסְּרִים	מִתְמַסֵּר
f	מִתְמַסְּרוֹת	מִתְמַסְּרָה / מִתְמַסֶּרֶת

Interdum desinit in pathach Praeteritum imperativ. & futur.

TA-

TABULA OMNIUM CONJUGATIONUM ; MODORUM , & TEMPORUM VERBI PERFECTI.

HITHPAHEL	HOPHHAL	HIPHHIL	PUHAL	PIHEL	NIPHHAL	KAL	
Te ipse tradidit. התמסר	factus, vel jussus est tradere. המסר	facit tradere. המסיר	diligenter traditus est. מסר	diligenter tradidit. מסר	traditus est. נמסר	tradidit. מסר	*PRAETERITUM.* עבר
Te ipse tradens. מתמסר	qui jubetur tradere. ממסר	faciens tradere. ממסיר	qui diligenter traditur. ממסר	diligenter tradens. ממסר	qui traditur. נמסר	tradens מוסר	*BENONI (*) PARTIC. PRAES.* בינוני
Te ipse tradere התמסר	caret	facere tradere. המסיר	diligenter tradi. מסור	diligenter tradere. מסר	tradi המסר	tradere, מסור	*INFINITIVUS.* מקור *quoad terminationem idem ac*
te ipse trade.	caret	fac tradere.	caret	diligenter trade.	tradere tu.	trade.	*IMPERATIVUS* ציווי
me ipse tradam. אתמסר	jubebor tradere. אמסר	faciam tradere. אמסיר	diligenter tradar. אמסר	diligenter tradam. אמסר	tradar. אמסר	tradam. אמסור	*FUTURUM* עתיד

(*) Præter hoc Participium eſt & פָּעוּל *Pabul*, ideſt Participium Praeteritum, ut מָסוּר *qui traditus eſt*: differt a *Benoni Niphhal*, ideſt a Participio verbi *Niphhal*, nam ibi נִמְסָר ſignificat *ille qui in præſens traditur*; & reſpondet activo מוֹסֵר *tradens*, ideſt *ille qui in praeſens tradit*: Hic vero מָסוּר ſignificat *jam pridem traditus*; quo Participio Praeterito, etſi Kal tantum utatur nihilo tamen minus ad omnia Participia Praeterita vel reliquarum Conjugationum traduci optime poteſt; modo Intranſitiva, ideſt Neutra non ſint At dixerit quiſpiam in duabus reliquis Conjugationibus Pihel nempe, & Hiphhil verborum activorum, quorum in numero noſtrum paradigma cenſetur, ut Participium Praeteritum exprimant, ideſt cujus actio jamdiu praeceſſerit, cedo quibuſnam

notis

notis utemur? illa scilicet terminatione, quam obtinent earum passivae Conjugationes in praeterito, converso pathach in kamets: exempli caussa in *Pihel* est מְסָּר, pl. ־רִים, fem. ־רָה, plur. fem. ־רוֹת, & significat *jampridem diligenter traditus, a, i, ae*, idem plane dicendum de *Hiphhil*, sed in usu, ut jam diximus hujusmodi Conjugationes non sunt, si a *Kal* tantum discesseris.

Super enumeratis Verborum Conjugationibus, quo fructum uberrimum colligere valeas, tibi in quodnam potissimum sit incumbendum vide etiam atque etiam. Characteristica signa cuicumque Conjugationi peculiaria in primis sunt advertenda, quominus illa praepostere mutuo inter se confundantur. Summatim igitur quae fusius suo quolibet loco dixi, nunc repetam. In *Kal* nihil

animadversione dignum occurrit: in *Niphbal* vero signum characteristicum est נ praepositum activae formae; quo autem deficiente est daghesc forte in prima radicali. Altera procedit Conjugatio, quae daghesc forte in media radicali tenet, itemque sceva sub formativis: hujus Passiva praeter memorata signa habet chibbuts in prima radicali. Quod vero attinet ad Tertiam, haec tam in Activa, quam in Passiva litteram ה radici praefixam obtinet; Activa cum chirek, Passiva vero cum kamets chatuph, expuncto vero ה est pathach sub formativis Activi; kamets vero chatuph, vel Kibbuts sub formativis Passivi: Quarta demum Conjugatio, haud difficulter ab aliis discernetur Conjugationibus, nam radici duas alias sibi semper adsciscit litteras, vel minimum unam; si synco-

copa-

copa intervenerit & tunc duplex daghesc forte apparebit, primum in priori littera radicali, in quam se ipsa contraxerit littera ת; alterum in media radicali, quod pro Conjugationis signo firmiter stabit. Per ista igitur duo daghesc fortia simul concurrentia confundi nunquam poterit cum *Niphhal*, quae daghesc forte in priori radicali littera tantum habet; aut cũ *Pihel*, quae illud retinet in media tantum radicali. Verum ut vera fatear vix, aut ne vix quidem penes Hebraicos Codices hanc Conjugationem quatuor cum litteris reperies; Rabbinorum potius libri, isto scribendi modo redundant. Sollemne igitur hujus Conjugationis est duas alias radici litteras adjungere, quarum ope cognitu facilior evadit, quam alia quaevis praecedens Conjugatio. In istaec omnium generatim

Conjugationum characteristica signa naviter dignoscenda totum studium, curam, diligentiam, mentem denique omnem figas, locesque velim; unde & recta cujuscumque vocis significantia promanat, facilisque ad quemlibet Sacrae Scripturae Codicem enucleandum accessus.

Verum esto Vestrum unicuique signorũ characteristicorum ope, quamlibet Conjugationem minime latere, non continuo ita facile erit cujuscumque Conjugationis *significantiam* cognoscere: quae non alia dabitur ratione assequi, quam longa exercitatione, Lexicorumque Hebraicorum assidua pervolutatione. Et quemadmodum Latini pronuntiare non audent, Activum esse illud *verbum*, quia terminatio fuit in *o*, ut *studeo*, *fio*; aut Passivum, quia in *or*, ut *amplector*, *opperior*; item

& He-

& Hebraei non continuo נִלְחַם *pugnavit*, quum ſit e Conjugatione *Niphhal* in Paſſivorum cenſu reponunt; aut in illo Activorum צָדַק *juſtificatus eſt*, quia נ peculiare Paſſivorum ſignum deſideratur. En igitur quemadmodum ſingulis Conjugationibus, pro recta verborum ſignificatione, mordicus adhaerere, ad voluntatem non ſemper ſuccedet.

Praeſcribam tamen aliquot regulas, unde generale aliquod judicium ſuper omni Conjugationum *ſignificatione* ferre liceat. Prima Conjugatio *Kal*, aut Activam ut מָסַר, aut Neutram, ut עָמַד *ſtetit*, ſignificationem continet: Si vero in uſu non ſit Activa, vel quia revera nuſquam reperiatur, ut הִבְדִּיל *diviſit* (non enim reperit בָּדַל); vel quia ab aliquo Radicis nomine Verbum efformetur, ut נִשְׁבַּע *juravit* a nomi-

ne

ne שְׁבוּעָה *jusjurandum*: (quum propria Radix שָׁבַע exſtet, quae longe aliam ſignificationem obtinet), aut הִלֵּל *laudavit*, a nomine תְּהִלָּה *laus*, quamvis הָלַל *inſanivit* in prima Conjugatione reperiatur; in hujuſmodi caſibus officio τȣ̃ *Kal* fungentur, aut ejus Paſſiva Niphhal, ut in נִשְׁבַּע, aut aliqua ex reliquis Conjugationibus, ut in Tertia הִבְדִּיל, aut Secunda הִלֵּל ſatis abunde perſpeximus.

Quoad *Niphhal* vero, & *Hithpahel* attinet, inter ſe iſtae duae Conjugationes ratione ſignificationis confunduntur, ut 2.Sam.XX. 10. נִשְׁמַר *cuſtodivit ſe*, pro *cuſtoditus eſt*, & Deut.XXVIII. 68. הִתְמַכֵּר *venundatus eſt*, pro *venundedit ſe ipſum*. יִתְקַדֵּשׁ *ſanctificetur* pro *ſanctificet ſe*.

Pihel vero ſignificationem *Kal*, ſi fuerit Activa, auget illa dictione *diligenter accurate*, cetera, ut מָסַר *tradi-*

didit, quia activam habet ſignificationem; in hac ſecunda conjugatione *Pihel* מִסֵּר ſignificat *diligenter*, *accurate tradidit*; interdum improprie vertit in Activam, ſi in *Kal* fuerit Neutra, ut הָלַךְ *ambulavit*, הִלֵּךְ *deduxit*, *ambulare fecit*. Sunt etiam huic Conjugationi *Pihel* adjicienda illa verba, quae contrariam habent ſignificationem, vel nomini, unde veniunt, ut שֵׁרֵשׁ *eradicavit* a שֹׁרֶשׁ *radix*; vel aliis Conjugationibus, ut חָטָא in *Kal* ſignificat *peccavit*, in *Pihel* vero eſt חִטֵּא *expiavit*, *mundavit a peccato*, non autem *diligenter peccavit*.

Poſtremo in *Hiphil* verba proprie vim habent ſignificandi alicujus actionis eſſe auctorem, ſuaſorem, impulſorem, cetera; ut הִמְכִּיר *tradere* fecit, ideſt ſuaſor, auctor fuit, ut traderet; Igitur quae in *kal* ſunt

Neu-

Neutra, hic proprie ſunt Activa; & quae ibi ſimplicem ſignificant actionem, hic duplicem denotant.

Haec habui, quae de Conjugationum ſignificatione generatim adnotarem: Denique cauſſa nulla erit, quamobrem conquerare ſi admodum inconſtans tibi ipſa videatur, ac minus certis, ut proprium cujuslibet idiomatis eſt, claudatur regulis; ſiquidem aut ipſe es in ſcripturis apprime verſatus, & omnino ſupervacaneae tibi ducendae ſunt iſthaec ſignificationum regulae; aut enim cuperes Hebraicos penetrare receſſus, atque iidem ipſi Hebraicorum vocabulorum lexici, quos adire tanti erit Hebraicas Radices percontatum, ipſi iidem de cujuſcumque Conjugationis ſignificantia tibi abunde planeque ſatisfacient.

CAP. XIII.

De Verbis Imperfectis.

Perfecta ab Imperfectis Verbis quemadmodum dignoſcantur; item quotuplicis ſpeciei ſint Imperfecta, jam ſatis Cap. VIII. De Verbo ubi ſermonem inſtitui, exceptum eſt. Hebraei *Deficientia* חֲסֵרִים appellant quae per dagheſc forte radicalem litteram, ubi in Conjugatione defecerit, compenſant; *Quieſcentia* vero נָחִים, radicalem litteram, quieſcentem, aut plane expunctam, per vocalem longam ſupplent.

Imperfectorum ſex Claſſes inſtitui commode poterunt, quarum prima & tertia Deficientibus; reliquae vero quatuor, Quieſcentibus abſcribentur.

Prima complectitur Deficientia פּנ, ut נָגַשׁ *appropinquavit*.

Altera quiescentia פי, ut יָשַׁב *sedit*.

Tertia Deficientia ע, *quae geminantia secundam* quoque dicuntur, ut סָבַב *circuivit*.

Quarta Quiescentia ע, ut קוּם *surgere*.

Quinta Quiescentia לא, ut בָּרָא *creavit*.

Sexta Quiescentia לה, ut קָנָה *possedit*.

Quid sibi velint illae litterae פי, פנ, עו cetera, adeas velim ea, quae de veteri Paradigmate פָּעַל *pag*. 36. diximus.

C A P. XIV.

De Deficientibus פנ *& Quiescentibus* פי.

Quandoquidem *Deficiensia* פנ, & *Quiescentia* פי plurimam inter se habent affinitatē, tum assumtione (ה...) in

in Infinitivo, tum abſciſſione prioris radicalis litterae נ,& י, quae quidem abſciſſio in נ, utpote e *Deficientium* numero, compenſatur per daghesc forte; in י vero, utpote e *Quieſcentibus*, compenſatur per vocalem longam, per (ֵ) ſcilicet in Kal; per וֹ in *Niphhal*, & *Hiphhil*; per וּ in *Hophhal*. Denique ad extremum ambo praedicta Verba plurimam habere inter ſe videntur affinitatem, quia in eodem plane articulo quoad omnes Conjugationes & ſimul ſunt Imperfecta, & ſimul ſunt Perfecta, excepto Infinit. *Niphhal*, Futuriſque inde promanantibus, Imperativo ſcilicet, & Futuro, e *deficientibus* פנ, ut videre eſt in Paradigmate נגש. His quidem de cauſſis ſimul compoſita in ſequenti Tabula adduximus, quo propius inter ſe convenientiam, & diſcrepantiam unico ferme intui-

tu contueri cuique daretur.

Illas Conjugationes, Tempora Modosque defectione aliqua laborantes in medium tantummodo adducemus; minus vero solliciti de iis, quae Perfectorum in morem flectuntur.

Ex Deficientibus פּנ, ut נָגַשׁ	Ex Quiescentibus פּי, ut יָשַׁב

Prima Conjugat. KAL.

גֶּשֶׁת	*Infinit.*	שֶׁבֶת
גַּשׁ גְּשׁוּ	*Imperat.*	שֵׁב שְׁבוּ
גְּשִׁי גַּשְׁנָה		שְׁבִי שֵׁבְנָה
אֶגַּשׁ תִּגַּשׁ	*Futur.*	אֵשֵׁב תֵּשֵׁב
תִּגְּשִׁי &c.		תֵּשְׁבִי &c.

Post hanc primam Conjugationem Activam aliae procedunt in

Ni-

Niphhal.		Hiphhil.		Hophal.	
נִגַּשׁ	נוֹשַׁב	הִגִּישׁ	הוֹשִׁיב	הֻגַּשׁ	הוּשַׁב
נִגְּשָׁה	נוֹשְׁבָה	הִגִּישָׁה	הוֹשִׁיבָה	הֻגְּשָׁה	הוּשְׁבָה
&c. נִגַּשְׁתָּ	&c. נוֹשַׁבְתָּ	&c. הִגַּשְׁתָּ	&c. הוֹשַׁבְתָּ	&c. הֻגַּשְׁתָּ	&c. הוּשַׁבְתָּ
Particip.		*Particip.*		*Particip.*	
נִגָּשׁ	נוֹשָׁב	מַגִּישׁ	מוֹשִׁיב	מֻגָּשׁ	מוּשָׁב
Infinit.		*Infinit.*		*Infinit.*	
Regulare est	הִוָּשֵׁב	הַגִּישׁ	הוֹשִׁיב	הֻגַּשׁ	הוּשַׁב
Futur.		*Futur.*		*Futur.*	
Regulare est	אִוָּשֵׁב	אַגִּישׁ	אוֹשִׁיב	אֻגַּשׁ	אוּשַׁב

Annotationes ad Deficientia פנ.

Sunt & aliae quoque Radices, ut לָקַח *accepit*, יָנַח *reliquit*, יָקַף *circuivit*; itemque omnes illae, quae a (יִ) auſpicantur; unico verbo יָצָא *exivit* excepto: iſthaec, inquam omnes Radices formam Deficientium פנ ſaepenumero ſequuntur. verum לָקַח dumtaxat in *Kal*; reliquae ut plurimum in *Hiphhil*, & *Hophhal*, Verbum נָתַן *dedit* peculiarem habere videtur anomaliam, ſiquidem In Infinitivo habet תֵּת pro תְּנֶה in Imperativo תֵּן; in Futuro אֶתֵּן, יִתֵּן &c.

Annotationes ad Quieſcentia פי

Prima iſthaec radicalis (י), in Futuro quum exprimatur, formativae perſonarum Futuri אית״ן ſub ſe tunc temporis admittent kirech breve, quod evadet longum propter prio-

rem

rem Radicis litteram, quae scilicet est (י); & Futuri terminatio erit in (ֵ) ut אֵיבַשׁ *arescam*, pro אֵבַשׁ; sic deinceps תִּיבַשׁ, נִיבַשׁ: Tertia vero persona unum exprimet (י) pro duobus, sic יִבַשׁ *arescet*, pro ייבַשׁ. Sic etiam in Pihel יְבֵּשׁ *siccabit*, ideft *arescere faciet*, pro יְיַבֵּשׁ.

Specialis anomalia est in Verbo יָכֹל *potuit*, quod litteram (י) commutat in (ו) & dicitur אוּכַל, תּוּכַל cetera.

Niphhal mutat (י) daghesciandum in (ו) ut הִוָּשֵׁב *inhabitari*, pro הִיָּשֵׁב. Subinde etiam in *Hithpahel*, ut הִתְוַדָּה *confessus est*, הִתְוַדַּע *se notum fecit*, הִתְוַכַּח *disceptavit*; pro הִתְיַדָּה, הִתְיַדַּע &c.

Postremo in hujusmodi verbis observatu dignissimum occurrit, quod non semper abjicitur (י) in Conjugatione *Hiphhil*, illud in (ו) commutando;

tando;

tando, verum aliquoties relinquitur, quiescens tamen in (..), ut הֵיטִיב *beneficit* a יָטַב, sic הֵימִין *dextravit*, ideſt perrexit ad dexteram, הֵינִיק *lactavit*, הֵילִיל *ululavit*.

Annotationes utrique Verborum Imperfectorum ſpeciei communes.

In Infinitivo ſi tertia Radicis littera, aut ſecunda fuerit gutturalis, pro duplici ſaegol, duplex erit pathach, ut נַעַת *attingere* a נָגַע; דַּעַת *ſcire* a יָדַע; ſic & in Imperativo דַּע *ſcito*.

Perfectorum ſubinde formam aliqua ex parte imitantur iſthaec Imperfecta, ut a נָפַל *cecidit* fit תִּפֹּל אֶפֹּל &c. & retento etiam נ, ut תִּנְדֹּף *impelles*, נְצֹר *cuſtodi*, לִנְדֹּר *ad vovendum*, ſic יְשׁוּב interdum pro שֶׁבֶת *ſedere*.

CAP.

CAP. XV.

De Deficientibus, & Quiescentibus ע

Agetur hoc in Capite de duabus item Imperfectorum Verborum Classibus, *de Deficient* nimirum ע, seu *de Geminantibus*, ut alii dicunt, *secundam*; itemq; *de Quiescent.* ע. Prius Paradigma erit סָבַב, unde Praet. defectivum סַב *circuivit*; alterum vero קוּם, unde Praet. קָם *surrexit*. Quemadmodum igitur antecedenti Capite simul conjunctas attulimus Verborum Imperfectorum duas illas Classes ob maximam inter se, uti observavimus, affinitatem; iisdem ferme de caussis simul conjunctas hasce Verborum Imperfectorum Classes sequentes Tabulae exhibebunt.

Nihil tanti est, ut de secunda Conjugatione Pihel singularis heic exhibeatur inflexio; siquidem hujusmodi Imperfectis Verbis in hac scilicet se-

ſecunda Pihel , apprime conveniunt ea,quae de geminatione mediae radicalis ubi verba fecimus,tertio & quarto loco adnotavimus,ut videre cuique eſt *pag.*55. Hoc ſcilicet ibi adnotavimus,quod ſecunda Conjugatio interdum fiat geminatione externarum litterarum, mediis radicalibus poſthabitis,ut גִּלְגֵּל a גָּלַל ex *Deficient.* ע, ſive *Geminantibus ſecundam*;& כִּלְכֵּל a כּוּל ex *Quieſcentibus* ע; interdum vero aſſumtione ו (ו), forma, quae vulgo *Pohel* dicitur, ut סוֹבֵב a סָבַב, קוֹמֵם a קוּם: Prior adnotatio geminantium ſcilicet externas radicales, non adeo frequenter peraeque occurrit, ac poſterior, quae aſſumtionem ו deſignat.

Quatuor tantum Radices adſunt, in hac ſecunda conjugatione Pihel quae dagheſc forte Perfectorum ad normam in media radicali admit-

tunt, suntque עִוֵּת *pervertit*, שִׁוַּע *vociferatus est*, קִוָּה *exspectavit*, & חִיָּה *vivificavit*: at חִיֵּב *reum peregit* קִיֵּם *stabilivit* praeter daghesc forte vertunt ו in jod.

Ut ut igitur se res habuerit Quarta Conjugatio secundae Conjugationis vestigia semper ingredietur, sic verbi caussa a קוּם fit secunda קִיֵּם aut קוֹמֵם, fiet & Quarta הִתְקַיֵּם vel הִתְקוֹמֵם; a סָבַב fit secunda כּוֹבֵב, fiet & Quarta הִסְתּוֹבֵב per metathesin, ut pag. 62. observatum est, pro הִתְסוֹבֵב, quia ס in dentaliū censu continetur.

Passiva secundae Conjugationis retinet quoque ו, in hoc tantummodo ab ejus activa recedit; quod Activa semper in (..); Passiva e contrario, in Praeterito & Futuro desinit in (_), ut אֲסוֹבַב, אֲקוֹמַם, כּוֹבַב קוֹמַם; in Participio autem pro more suo in kamets, ut מְסוֹבָב מְקוֹמָם.

KAL

		Praet.	
קָמָה	קָם	סַבָּה	סַב
&c.	קַמְתָּ	&c.	סַבּוֹתָ
קַמְתֶּם	קָמוּ	סַבּוֹתֶם	סַבּוּ
נו	וּתֶן	ונו	וּתֶן
		Benoni	
קָמִים	קָם	סוֹבְבִים	סוֹבֵב
		Infinit.	
	קוּם		סוֹב
		Imperat.	
קוּמוּ	קוּם	סוֹבּוּ	סוֹב
קוּמֶנָה	קוּמִי	סֻבֶּינָה	סוֹבִּי
		Futur.	
&c.	אָקוּם	&c.	אָסוֹב
תְּקוּמֶנָה	pl. 3.	תְּסֻבֶּינָה	pl. 3.

NIPHHAL

		Praet.	
נָקוֹמָה	נָקוֹם	נָסַבָּה	נָסַב
&c.	נְקוּמוֹתָ	&c.	נְסַבּוֹתָ
נְקוּמוֹתֶם	נָקוֹמוּ	נְסַבּוֹתֶם	נָסַבּוּ
ונו	וּתֶן	ונו	וּתֶן
		Benoni	
נְקוֹמִים	נָקוֹם	נְסַבִּים	נָסָב
		Infinit.	
	הִקּוֹם		הִסּוֹב
		Imperat.	
הִקּוֹמוּ	הִקּוֹם	הִסַּבּוּ	הִסַּב
הִקּוֹמְנָה	הִקּוֹמִי	הִסַּבֶּינָה	הִסַּבִּי
		Futur.	
&c.	אֶקּוֹם	&c.	אֶסַּב
תִּקּוֹמֶנָה	pl. 3.	תִּסַּבֶּינָה	pl. 3.

HIPHIL

Praet.

הֵקִים	הֵקִימָה	הֵסֵב	הֵסַבָּה
הֲקִימוֹתָ	&c.	הֲסִבּוֹתָ	&c.
הֵקִימוּ	הֲקִימוֹתֶם	הֵסַבּוּ	הֲסִבּוֹתֶם
וְהֵן	וְנוּ	וְהֵן	וְנוּ

Benoni

מֵקִים	מְקִימִים	מֵסֵב	מְסִבִּים

Infinit.

הָקִים & הָקֵם	הָסֵב

Imperat.

הָקֵם	הָקִימוּ	הָסֵב	הָסֵבּוּ
הָקִימִי	הָקֵמְנָה	הָסֵבִּי	הֲסִבֶּינָה

Futur.

אָקִים	&c.	אָסֵב	&c.
pl. 3	תָּקֵמְנָה	pl. 3.	תְּסִבֶּינָה

HOPHHAL

Praet.

הוּקַם	הוּקְמָה	הוּסַב	הוּסַבָּה
הוּקַמְתָּ	&c.	הוּסַבּוֹתָ	&c.
הוּקְמוּ	הוּקַמְתֶּם	הוּסַבּוּ	הוּסַבּוֹתֶם
תֶּן	נוּ	וְהֵן	וְנוּ

Benoni

מוּקָם	מוּקָמִים	מוּסָב	מוּסַבִּים

Infinit.

הוּקַם	הוּסֵב

Imperat.

caret	caret

Futur.

אוּקַם	&c.	אוּסַב	&c.
pl. 3.	תּוּקַמְנָה	pl. 3.	תּוּסַבֶּינָה

In hisce Tabulis percurrendis nihil certe difficultatis aut incommodi reperiri posse confido; quisque enim facili negotio ea supplere valet, quae unius brevitatis ergo, facilitatisve sunt ademta. Quem enim praeterit סַבּוֹתָ verbi caussa, efficere secundam femininam סַבּוֹת, & primam סַבּוֹתִי Sic quoque desinentiam illam ונו ותֶן referri ad praecedentem סַבּוֹתָם, assumendo סַב a capite? Quoad terminationes femininorum attinet in Benoni, utpote quae a singulari masculino descendunt, facillima illarum est efformatio, nominum sane legibus omnino quum sint obnoxiae. Atque insuper in futuro prima persona facem praefert & aliis personis. Eorum denique temporum, modorum aliqua laborantium mutatione, aut citra normam vocalium assumtione nullum ego praetermisi locum,

quem non in Tabulis exhiberem, ut observanti cuique patet.

Annotationes ad Deficientia ע

In Deficientibus פּנ observavimus, deficientiam illam per daghesc forte compensari si vox a principio crevisset, ut נִגַּשׁ futur. אֶגַּשׁ, הִגַּשׁ, cetera; haud aliter in Deficientibus ע contigit, quae suam compensant deficientiam per daghesc forte, ubi vox non quidem a principio, verum a fine creverit, ut סַבּוֹתָ סַבָּה סַב &c.

Annotationes ad Quiescentia ע

Habent hujusmodi Quiescentia kamets in tertiis utriusque numeri personis Praeteriti *Kal*, ut קָמָה קָם קָמוּ, in reliquis vero continent pathach, ut videre est in Paradigmate. Isto enim pacto hæc Quiescentia a Deficientibus ע differunt in tertia

ma-

masculina Praeteriti, ut קָם a סַב; in ב enim vocis סַב tunc daghesc forte, discretionis signum a קָם, admittit, quum a fine, ut superius dixi, creverit.

Triplex desinentia intervenit istiusmodi Quiescentibus, illá scilicet ipsa, quam Perfectis verbis primae activae Conjugationis accidisse comperti fuimus, in (ַ) atque in (וּ), praeter consuetam Praeteriti, quae ibi est in (ַ) ut מָסַר, hæc vero in kamets, ut קָם. Et primum in (ֵ) ut (a מוּת *mori*) מֵתָה מֵת, tert. plur. מֵתוּ, in reliquis vero personis est pathach, ut de קָם diximus: sic מַתָּ מַתְּ cetera; pro מַתָּה מֵתְתָּ מֵתַתְ idem ferme reddit daghesc forte unico appictum characteri, quam si duo iidem conspicerentur characteres inter se mutuo disjuncti, quemadmodum pag. 54. observavimus. Terminatio demum

inum in ו, immutabilis per totum Praeteritum erit,ut בּוֹשְׁתָּ בּוֹשָׁה בּוֹשׁ בּוֹשְׁתְּ cetera ; neque haec poſtrema deſinentia in (ו) ab Infinitivo differre videtur terminatione , licet ſignificatione ſit longe alia atque alia: ab uno Orationis contextu dignoſcitur utrum אוֹר *ſplendere* ſignificet, an *ſplenduit*, בּוֹשׁ *pudere*, an *puduit*.

Praeter illam in tabulis exhibitam, aliam quoque Hiphhil flexionem obtinet, eſtque הֵקִים הֵקִימָה הֲקִמֹתָ הֵקַמֹתָ הֲקַמֹתִי plur. הֵקִימוּ הֲקַמֹתֶם cetera.

Signum characteriſticum tertiæ Conjugationis Hipphil , quod eſt ה ſaepe ſaepius heic relinquitur, ut שִׂית *pone* pro הָשִׂית, לָשִׂים pro לְהָשִׂים *ad ponendum* , רִיבוֹתָ *contendiſti* pro הֲרִיבוֹתָ ; eſt tamen qui affirmet , talem terminationem eſſe propriam Conjugationis kal , quae hujuſmodi in locis vel Tertiam imitetur , quae

jod M

jod ascititium ante ultimam radicalem saepenumero admittit, vel sine ulla prorsus imitatione talem illa praeseferat terminationem, utpote quia ejus verba potius sint Quiescentia in עי, quam in עו, ac propterea illud jod purum putum esse radicale.

Annotationes utrique Imperfectorum verborum speciei convenientes.

Quiescentia ע interdum habent in futuro ו, ut יָמוּת, sicut e contraria parte Deficientia ע habent ו, ut יְשׁוֹד *vastabit*. Atq; ambo demum Imperfecta, accentus ubi ad penultimam retraxerint, vertunt cholem in kamets-chatuph, ut וַיָּקָם וַיָּסָב *vajákom vajásob*, unde vim maxime suam sumit illa Regula, quam *pag.* 15. adire licebit, nimirum, quod kamets postremae syllabae accentu tonico destitutae, ante consonam

mo-

mobilem, breve ſit; quae quidem Regula ea non eſt, quae generatim in omnibus late pateat Orationum partibus (ut Grammaticorum omnium communis eſt opinio, quorum potius, quam noſtram in hac exhibenda Regula retulimus praeſcriptionem) verum in verbis, vim exſerit ſuam, maximeque in hujuſmodi verbis, de quibus in praeſentia loquimur.

C A P. XVI.

De Quieſcentibus לא, & לה.

Poſtrema haec Claſſis Verborum aeque Quieſcentium לא, ac לה conjuncta quoque procedet, non quia ſuperioribus Claſſibus poſſit ipſa omnino comparari, quae plurimum inter ſe colludebant tum anomaliis, tum ipſis ferme anomaliarum locis: ſed quia ambo hæc verborum genera

ra & ſunt Quieſcentia, & Quieſcentia tertia radicali, & etiam quia aliquis interdum in iis reperitur locus, in quo viciſſim anomaliae inter ſe commutantur, nimirum quod unius ex hiſce Verbis deſinentia imitetur illam alterius. Verum ut vera fatear nulla reperiuntur Imperfecta Verba adeo cognitu facilia, quam iſthaec poſtremae hujus Claſſis; & inter iſta ea ſcilicet, quae quieſcunt לא, quae ipſis Perfectis adeo ſunt propinquiora, quam quae maxime; De hiſce primum brevi me expediam, gradum inde facturus ad Quieſcentia לה.

Paradigma hujus generis verborum per omnes modos & tempora, ac per omnes ubique Conjugationes afferre, ſupervacaneum plane duco, ſiquidem qui recte naviterque Perfectum inflectere norit, per

aeque & hoc Imperfectum.

Quiescentia illa in א est, quod tertia radicalis littera istiusmodi Verborum quae nimirum est א, quiescere soleat in vocali longa (ָ), vel (ֵ), vel in vocali brevi (ֶ), quae tres diversae vocales, tres constituunt talium Verborum anomalias, propter quas ipsa verba a Perfectis Verbis abhorrent: A priori igitur vocali (ָ) exordiamur. Prima Conjugatio activa & passiva Perfectorum, itemque Secunda & Tertia passiva desinunt in (ַ), uti abunde & perspeximus & novimus, isthaec omnes desinentiae in (ַ) heic vertuntur in (ָ). Reliquae vero quae in Perfectis desinunt in (ֵ) ut secunda Pihel, & Hithpahel, & tertia Hiphhil in chirek, heic quoq; immutatae conspiciuntur. Exemplo igitur nobis sit Radix בָּרָא *creavit*, vel satius haec alia מָצָא

in-

invenit, נִמְצָא, מִצֵּא, מֻצָּא, הִמְצִיא, הָמְצָא, הִתְמַצֵּא. Imperativus & Futurum Verborum Perfectorum, quia heic considerantur desinentia tantum in (◌ַ), quemadmodum & iis accidere posse observavimus (dicimus enim מְסַר *trade*, & מְסוֹר in Imperativo; אֶמְסַר & אֶמְסוֹר in Futuro) iccirco haec verba Imperfecta desinunt in hujusmodi locis in (◌ָ), ut מְצָא imperat. אֶמְצָא fut.. Prima igitur anomalia est, ut heic sit desinentia in (◌ָ), quae in Perfectis erat in (◌ַ):

Altera accedit anomalia in Praeteritis auctis a fine ut א ante se habeat (◌ֵ) quoties sub se nullam admittit vocalem, tunc vero sub se nullam admittit vocalem, quoties admittere deberet sceva quiescens: sic in Niphhal, נִמְצֵאתִי נִמְצֵאתָ נִמְצֵאת, cetera, pro נִמְצַאְתִּי נִמְצַאְתָּ נִמְצַאתְּ &c. En igitur quomodo א ante se ha-

bet

bet (ֵ) tum quia sub se admittere debuisset sceva quiescens, tum etiam quia exceditur ille syllabarum numerus, qui reperiebatur in prima voce Praeteriti. Et hoc generatim videtur firmissimum tam in hac prima passiva, quam in reliquis aliis activis, sive passivis Conjugationibus: Prima dumtaxat activa pro (ֵ) habet (ָ), ut mox exemplo videbimus.

Tertia postremo anomalia est, quod א ante se habeat saegol in femininis pluralibus tam Futuri, quam Imperativi cujuscumque Conjugationes: ut תִּמְצֶאנָה *reperietis vos mulieres*, & *reperient illae*, מְצֶאנָה *reperite vos mulieres*; quae quidem terminatio in אֶנָה eadem semper est in qualibet Conjugatione; sic in *Niphhal* תִּמָּצֶאנָה tert. fem. pluralis futuri, in *Pihel* מַצֶּאנָה secunda fem. plur. imperat. in *Hiphhil* הַמְצֶאנָה &c.

Prae-

Praeteritum igitur in *Kal* est מָצָא מָצְאָה מָצָאתָ מָצָאת מָצָתִי מָצְאוּ מְצָאתֶם &c. מָצָאנוּ. *Benoni* מוֹצֵא &c. *Pahul* מָצוּא &c. Infinit. מָצוֹא מְצוֹאת Imperat. מְצָא מִצְאוּ מִצְאִי מְצֶאנָה (*a*). Futur. אֶמְצָא תִּמְצָא תִּמְצְאִי &c. tertia plur. fem. תִּמְצֶאנָה (*b*). In *Niphhal* & reliquis Conjugationibus in Praeterito est ante א tsere, non vero kamets, ut נִמְצָא נִמְצְאָה נִמְצֵאתָ נִמְצֵאת &c. sic in *Pihel* מִצֵּא מִצְּאָה מִצֵּאתָ מִצֵּאת &c. sic in Hiphhil הִמְצִיא הִמְצִיאָה הִמְצֵאתָ הִמְצֵאת הִמְצֵאתִי הִמְצִיאוּ הִמְצֵאתֶם הִמְצֵאתֶן הִמְצֵאנוּ &c.

Ex hujusmodi verbis *Quiescentibus* לא pauca desinunt in (..) in prima Conjugatione Kal activa, ut יָרֵא *timuit*, מָלֵא *repletus fuit*, שָׂנֵא *odio habuit*, צָמֵא *sitivit*, quae in primis & secundis personis retinent (..), quemadmodum de ceteris Conjugatio-

tionibus diximus, ſic יֵרָאֶה יֵרָאֶה יֵרָא יֵרָאתָ יֵרָאתִי יֵרָאת &c.

(*a*) *Talis terminatio in* (ֶנָה) *abſque eo quod conſideretur littera quieſcens, quae ſubſequitur ſaegol, communis quoque fuit Deficientibus* ע*, ut in iiſdem plane locis Imperativi & Futuri omnium aeque Conjugationum obſervavimus in* סַב*; idemque ipſum obſervabimus in Quieſcentibus* לה*. Verum hoc erit diſcrimen inter iſthaec verba Imperfecta, quod Quieſcentia* לא *habebunt* א *poſt ſaegol, ut* תִּמְצֶאנָה*; Deficientia* ע*, & Quieſcentia* לה *habebunt* י *poſt ſaegol, ut* תְּסֻבֶּינָה *a* סַב*,* תִּקְנֶינָה *a* קָנָה*; nec continuo confuſionis erit occaſio, ſi poſtremis hiſce duobus exemplis* (י) *ambobus commune videris, facili enim negotio Deficientia* ע *dignoſcuntur, quae a fine quum augeantur dagheſc forte admittunt, ut videre eſt*

in

in ב *terminationis* סְבִינָה ; *Quiescentia vero* לה *non item* .

Hactenus de Quiescentibus לא , transeamus nunc ad Quiescentia לה . Nisi si celebris frequensque in fere omnibus Scripturae Codicibus hujusmodi Verborum Quiescentium לה Futuri *Apocope* esset , inter Irregularia Verba nullum ferme hoc genere aliud inflexione facilius , suique clarius cognitione ac manifestius reperiri posse considerem ; Fixa enim atque immutabilis est desinentia , quae semper eadem observatur in singulis temporibus , Modisq; omnium Conjugationum : Isto enim pacto desinunt

Praeterita in ָה	Quod de hoc uno *KAL* dicitur idem scilicet de singulis aliis Activis , Passivisque Conjugationibus dicendum .	קָנָה *Possedit*
Participia & Futura in ֶה		קוֹנֶה *possidens*
		אֶקְנֶה *possidebo*
Imperativi in ֵה		קְנֵה *posside*
Infinitivi in וֹת		קְנוֹת *possidere* .

Ex-

Excipe a Participiis illud *Pahul*, quod efficit קָנוּי.

Itemque Infinitivus, qui dum fungitur vice Gerundii, plurimas ipſe induit terminationes, in וֹה ſcilicet, aut הֵ, ſubinde vero in הָ ut רָאוֹה רָאִיתִי *videndo vidi*; הַכֵּה תַּכֶּה *percutiendo percuties*; הַרְבָּה אַרְבֶּה *multiplicando multiplicabo*.

Quum igitur hoc loci agamus de Verbis Quieſcentibus לה, in quanam vocali iſthæc littera ה vel quieſcat, vel ſe in quamnam aliam litteram convertat, vel plane interdum ſine ulla compenſatione abjiciatur inſpicere tanti eſt.

Quieſcit primum in vocali longa, ut in Praeteritis atque Imperativis obſervavimus; quieſcit etiam in (ֶ) ut in Futuris & Participiis Benoni.

Secundo in quamnam aliam litteram ſe convertat ה? Convertitur ה in lit-

litteram ה, aut (י); sed praestat heic prius Paradigma adducere, ut commodius in illo observare cuncta valeamus, vel mutationem in ה, vel (י), vel ejus totalem abjectionem.

KAL

Futur.	*Imperat.*	*Benoni*	*Praeter.*
אֶקְנֶה	קְנֵה	קוֹנֶה	קָנָה
תִּקְנֶה	קְנוּ	קוֹנִים	קָנְתָה
תִּקְנִי	קְנִי	קוֹנָה	קָנִיתָ
יִקְנֶה	קְנֶינָה	קוֹנוֹת	קָנִית
תִּקְנֶה	*Infinitiv.*	*Pahul*	קָנִיתִי
נִקְנֶה	קְנוֹת	קָנוּי	קָנוּ
תִּקְנוּ	קָנוֹת	קְנוּיִים	קְנִיתֶם
יִקְנוּ	קָנֹה	קְנוּיָה	קְנִיתֶן
תִּקְנֶינָה	קָנוֹה	קְנוּיוֹת	קָנִינוּ

Unicus quidem reperitur locus, ubi littera ה conspicitur mutata in ת, estque in tertiis femininis singularibus cujuscunque Praeteriti: dicimus

cimus enim קָנְתָה קָנָה non vero קָנֵתָה; sic in Niphhal נִקְנְתָה נִקְנָה; in Pihel קִנְּתָה קִנָּה; in Hiphhil הִקְנָה הִקְנְתָה &c.

In plurimis vero locis ה in (י) mutata conspicitur in Praeteritis nimirum, Particip. Pahul, Futuro, atq; Imperativo: Et primum in cunctis primis & secundis Personis Praeteriti, sic קָנִינוּ קְנִיתֶן קְנִיתֶם קָנִיתִי קָנִית קָנִיתָ; idem est de reliquis activis & passivis Conjugationibus, nisi quod terminatio illa in *ita*, *it*, *iti* &c. in aliis omnibus Conjugat. est in *eta*, *et*, *eti*, cum (ֵ) sic in *Niphhal* נִקְנֵיתָ נִקְנֵית נִקְנֵיתִי &c. in *Pihel* קִנֵּיתָ קִנֵּית קִנֵּיתִי; sic in *Hiphhil* cetera. In Participio quoque *Pahul* ה convertitur in (י) sic קָנוּי, non קָנוּה cum ה; vide reliquum in paradigmate. Idem postremo est de cunctis femininis pluralibus tam Futuri, quam Imperativi,

tivi, ſic קְנֶיְנָה Imperat. *poſſidete vos mulieres*. תִּקְנֶיְנָה *poſſidebitis vos mulieres*, & *poſſidebunt illae*, ſic in *Niphhal*, *Pihel*, *Hiphhil* cetera.

ה plane abjicitur ſine ulla prorſus compenſatione in tertiis perſonis pluralibus Praeteritorum, ſic קָנוּ *poſſederunt*, non קָנְהוּ; in Benoni excepta prima voce קוֹנֶה, reliquae omnes rejiciunt ה, ſic non קוֹנְהָה קוֹנְהִים קוֹנְהוֹת, ſed ut eſt in paradigmate. Sic & in Imperativo non קְנְהוּ & קְנְהִי, ſed ut in paradigmate. Ac demum in Futuris non ſecunda feminina ſingularis תִּקְנְהִי, aut ſecunda, & tertia maſculina plur. תִּקְנְהוּ יִקְנְהוּ ſed ut ſcilicet exſtant in paradigmate.

Annotationes.

Verba deſinentia in הּ mappikato non cenſentur in hac Claſſe verborũ

Quie-

Quiescentium לה, siquidem illud הּ propter mappik non quiescit, sed est mobile, ut omne quodcumque aliud elementum, quod non sit quiescens; eapropter legibus hucusque a nobis pro Quiescentibus לה exhibitis, talia Verba minime sunt obnoxia; ut in hisce quatuor observari licet גָבַהּ *excelluit*, כָּמַהּ *concupivit*, נָגַהּ *splenduit*, תָּמַהּ *miratus est*; queis additur & הִתְמַהְמַהּ *cunctatus est*.

De Futuri Apocope.

Apocope, quae heic frequentissima occurrit, nemo unus est, qui quid illa sibi velit ignoret; Ascissio enim est postremae Radicis litterae ה, quae quidem abscissio si eveniat (evenit illa maximae praecedente *vau conversivo*) accentus tunc ad formativam Futuri retrahetur; & puncta non eadem semper, atque

erant,

erant, integra Radice, conſpicientur tam ſub אית״ן formativis Futuri, quam ſub duabus reliquis Radicis litteris.

Radix in Futuro quum integra permaneat, ſub א erit ſaegol, ſubque reliquis formativis ית״ן, chirik; & vox deſinet in ſaegol, accentu ad ultimam ſyllabam, pro more ſuo, appoſito, quemadmodum in paradigmate יִקְנֶה תִּקְנֶה אֶקְנֶה &c.; quum vero Radix propter Apocopen mutila fuerit, accentus ad formativam retrahetur, & ſaegol ultimae ſyllabae ad primam radicis litteram recedet, ſic וַיִּקֶן pro וַיִּקְנֶה.

Interdum pro chirik, formativae habent (..), ut וַתֵּרֶא *& vidit illa* pro וַתִּרְאֶה.

Formativae igitur propter Apocopen & uſurpatae videntur cum chirik, & tſere, & etiam ſaepenumero

cum

cum pathach. Tunc quidem temporis usurpatae videntur cum pathach, quoties prima Radicis littera sit gutturalis, quae quum respuat *sceva quiescens*, & admittat *compositum*, punctat se, & praecedentem: ideoque nihil mirum si duo appareant pathach, unum sub formativa Futuri, alterum vero sub priori Radicis littera: sic

וָאַעַן *& respondi* pro וָאֶעֱנֶה
וַיַּעַל *& ascendit* pro וַיַּעֲלֶה
וַיַּעַשׂ *& fecit* pro וַיַּעֲשֶׂה

Verum roget quis: Formativae Futuri necessario admittere debent (ַ), quia Gutturalis, perfecta Radice, facultate pollebat recipiendi (ֲ) sceva nimirum compositum, vel se in aliquam compositarum partium dissolvendi aut in(ַ), aut simplex sceva, modo non fraudaretur ante-

cedens littera vocale sibì simile, quae (ְ) est; subsequuta vero Apocope, etiam id juris retinent formativae Futuri nempe (ְ), quia supponunt Gutturalem notatam (ֱ): de formativa Futuri satis abunde intelligo: De Gutturali autem quum res longe aliter se habeat, non adhuc intelligo quì fieri possit, ut pathach sub se habeat, quando vocalem saegol ab ultima Radicis littera ad se priorem attraxit; saegol ipsa attraxit, non autē pathach, qua vocali pathach nulla Futuri vox desinit, uti videre est in paradigmate. Verum facillima erit hujus difficultatis solutio, si illius moniti memoriam refricaverimus alibi a nobis quoque notati, quod scilicet Gutturales litterae pro saegol sibi satius vindicant (ַ): atque heic potissimum sive prima, sive altera sit Gutturalis semper in

Apo-

Apocope observabitur (ֿ): ut

וַיִּשַׁע *& respexit* pro וַיִּשְׁעֶה
וַתֵּתַע *& erravit illa* pro וַתִּתְעֶה
וַתֵּהֶל *& furiit* pro וַיִּהְלֶה

aliquot exceptis exemplis

וַיִּחַר *& excanduit* pro וַיִּחְרֶה
וַיַּרְא *& vidit* pro וַיִּרְאֶה

in priori exemplo formativa jod habet chirek contra superius dicta, licet prior littera sit gutturalis: In secundo vero ר non continet (ֿ), licet gutturalis א ei adhaereat.

Observandum postremo est, quod si secunda Radicis littera sit una ex istis בגד כפת *begad cbepbath*, propter Apocopen litterae postremae ה, praecedentes ambae litterae obtinebunt sceva quiescens: sic

וַיִּשְׁבְּ *& captivavit* pro וַיִּשְׁבֶּה
וַיֵּבְךְּ *& flevit* pro וַיִּבְכֶּה
וַיֵּשְׁתְּ *& bibit* pro וַיִּשְׁתֶּה

Verba הָיָה *fuit*, & חָיָה *vixit* sub for-

formativis recipiunt ſceva ſequente chirek: ut יְהִי *erit* אֶהְיִ *ero*, נִחְיִ *vivemus*.

In reliquis Futuris (exceptis Puhal, & Hophhal) ſaepe etiam fit Apocope, ſed fere tantum tollendo terminationem (ה) ſine ulla accentus retractione ad formativam Futuri; ut

In Niphhal וַיֵּרָא *& viſus eſt* pro וַיֵּרָאֶה,
In Pihel וַיְכַס *& texit* pro וַיְכַסֶּה
In Hithpahel וַיִּתְגַּל *& retexit ſe* pro וַיִּתְגַּלֶּה

Verbum שָׁחָה in hac Conjugat. Hithp. praeter metatheſin, ſingularem patitur Apocopen, quae ut facilius intelligatur ſciendum prius eſt, quod in Praet. facit הִשְׁתַּחֲוָה, omiſſo daghesc characteriſtico, *procubuit, incurvavit ſe adorationis ergo, adoravit*, pro הִשְׁתַּחָה, ח cum (ֲ), reſpuente gutturali ח daghesc forte; obſervandum inſuper,

per, quod tertia radicalis ה versa sit in ו, atque insuper aliud ה Praeterito fuerit adjunctum; ita ut Radix non amplius tres, sed quatuor praeseferat litteras, quarum tertia est ו, & quarta ה; haec postrema littera ה quum excidat in Futuro propter Apocopen, ultimo loco apparebit littera ו, quae speciali ratione admittet sciurek; sic וַיִּשְׁתַּחוּ *& adoravit*, pro וַיִּשְׁתַּחֲוְ, & sine Apocope וַיִּשְׁתַּחֲוֶה. Interea illa forma cum ו facili negotio a plurali distinguitur, ubi solet cum duplici ו scribi sic וַיִּשְׁתַּחֲווּ *& adoraverunt*.

In Hiphhil vero accentus retrahitur ad formativam Futuri, ut in *Kal*; estque duplex (ֶ) propter Apocopen sic יֶפֶר *producet* pro יַפְרֶה. Iisdemque legibus subjacet ac *Kal*; nempe si secunda radicalis fuerit gutturalis,

pro

pro saegol erit (ֶ), ut יֶשַׁע *respiciet* pro יִשַׁע, vel יִשְׁעֶה; si vero prima fuerit gutturalis, habebit sub se (ַ), & pariter sub formativa, ut וָאַעַל *& obtuli*, sensu enim distinguitur a *Kal*, in qua Conjugatione & cum accentus retractione, & duplici pathach conspicitur. Demum si secunda fuerit una ex illis *Begad chephath*, erit duplex sceva quiescens, ut יַרְדְּ *dominari faciet*. וַתַּשְׁקְ *& potavit* tanquam si ך esset una ex enumeratis illis sex litteris: וַיַּרְא *& ostendit* (quod semel usurpatum legitur in Hiphhil) pro וַיַּרְאֶה.

Satis sit de Apocope, quae usu frequenter admodum venit in hujuscemodi Verborum Futuris. Atque ut in hac re nihil amplius desiderari videatur, quae observatione dignissima restant, & heic paucissimis apponam: nempe quod Imperativi Pi-

hel,

hel, Hiphhil, atque Hithpahel ipsi quoque interdum admittant Apocopen, tollendo scilicet terminationem (ה) ut

In Pihel גַּל retege, חַס sile, pro גַּלֵּה, חַסֵּה.

In Hiphhil הֶרֶב multiplica, pro הַרְבֵּה. הַעַל ascendere fac, pro הַעֲלֵה. Et ex Deficientibus פנ, הַט inclina, הַךְ percute, pro הַכֵּה הַנְכֵּה.

In Hithpahel הִתְחַל finge te aegrotum, pro הִתְחַלֵּה.

Annotationes ad utraque Quiescentia לא, *ac* לה.

Multus essem si cuncta heic singillatim afferre vellem loca, in quibus Quiescentia לא ea quae in לה quiescunt imitantur, vel commutatione postremae litterae א, ut רָפָה *cura* pro רְפָא, נָשׂוּי *elevatus* in Pahul pro נָשׂוּא, מָלוּ *plena sunt* pro מָלְאוּ;

vel

XIII. 3. ; ſuam animam ſervat ſuum os Cuſtodiens

נֹצֵר פִּיו שֹׁמֵר נַפְשׁוֹ

Am-

: erit sapiens   sapientibus   cum Ambulans

XIII. 20. הוֹלֵךְ אֶת־חֲכָמִים יֶחְכָּם

suum filium   odit   suae virgae   Parcens

XIII. 24. חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ שׂוֹנֵא בְנוֹ

. tristitia   laetitiae   Novissimum

XIV. 13. אַחֲרִיתָהּ שִׂמְחָה תוּגָה׃

& putredo   ; sanum   cor   carnium   Vita

חַיֵּי בְּשָׂרִים לֵב מַרְפֵּא וּרְקַב

. invidia   ossium

XIV. 30. עֲצָמוֹת קִנְאָה׃

: Justus   sua morte in   Sperat

XIV. 32. חֹסֶה בְּמוֹתוֹ צַדִּיק׃

surget & Justus   cadet   Septies

XXIV 16. שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק וָקָם

: reputabitur sapiens   tacens   Stultus

XVII. 28. אֱוִיל מַחֲרִישׁ חָכָם יֵחָשֵׁב

fecit &   uvas   faceret ut   Exspectavit

וַיְקַו לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים וַיַּעַשׂ

. labruscas

Esaiae V. 2. בְּאֻשִׁים׃

terrae   testis   cum   Testa

XLV. 9. חֶרֶשׂ אֶת־חַרְשֵׂי אֶרֶץ

: aedificabimus caeso lapide sed ceciderunt   Lateres

IX. 10. לְבֵנִים נָפָלוּ וְגָזִית נִבְנֶה

loquetur   stultitiam   Stultus

XXXII. 6. נָבָל נְבָלָה יְדַבֵּר

texent   aranei   Telas

LIX. 5. קוּרֵי עַכָּבִישׁ יֶאֱרֹגוּ

Qui

Egeſtas ei non Pauperi dat Qui

Proverb. XXVIII. 27. נוֹתֵן לָרָשׁ אֵין מַחְסוֹר

poſtremus ego etiam primus .Ego

XLVIII. 12. Jeſ. אֲנִי רִאשׁוֹן אַף אֲנִי אַחֲרוֹן

A nempe ego ſum, & Ω.

DELECTUS

DIVINORUM TESTIMONIORUM Pro Meſſiae adventu Contra Judaeos Ejuſque Divinitate aſſerenda.

DE MESSIAE ADVENTU.

לֹא יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה וּמְחֹקֵק
מִבֵּין רַגְלָיו עַד כִּי יָבוֹא שִׁילֹה וְלוֹ
יִקְּהַת עַמִּים׃

Non auferetur ſceptrum de Juda, & Dux de femore ejus, donec veniat, qui mittendus eſt, & ipſe erit exſpectatio gentium. *Geneſ.* XLIX. *v.* 10.

מִן מֹצָא דָבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת
יְרוּשָׁלִַם עַד־מָשִׁיחַ נָגִיד שָׁבֻעִים
שִׁבְעָה וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב
וְנִבְנְתָה רְחֹב וְחָרוּץ וּבְצוֹק הָעִתִּים׃
וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם יִכָּרֵת

משיח ואין לו והעיר והקדש ישחית
עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ
מלחמה נחרצת שממות : והגביר
ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע
ישבית זבח ומנחה ועל כנף
שקוצים משמם ועד כלה ונחרצה
תתך על שומם :

Ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duae erunt: & rursum aedificabitur platea: & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus est. Et civitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: & erit in templo abominatio desolationis, & usque ad consummationem, & finem perseverabit desolatio.

Danielis IX. a versu 25. ad exitum usque capitis.

כה אמר יהוה צבאות עוד אחת
מעט היא ואני מרעיש את השמים
ואת הארץ ואת הים ואת
החרבה : והרעשתי את כל הגוים
ובאו חמדת כל הגוים ובאו חמדת
כל הגוים ומלאתי את הבית הזה כבוד
אמר יהוה צבאות : לי הכסף ולי
הזהב נאם יהוה צבאות : גדול
יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן
הראשון

הָרִאשׁוֹן אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת וּבַמָּקוֹם
הַזֶּה אֶתֵּן שָׁלוֹם נְאֻם יְהוָה צְבָאוֹת׃

Haec dicit Dominus exercituum. Adhuc unum modicum est, & ego commovebo caelum, & terram, & mare, & aridam. Et movebo omnes gentes: & *veniet desideratus* cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius novissimae plusquam primae, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

Agg. II. a versu 7. ad undecimum usque

DE DIVINITATE EJUSDEM.

לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם אוֹת
הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיוֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת
שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל׃

Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

Isaiae VII. 14.

יֶלֶד יֻלַּד־לָנוּ בֵּן נִתַּן לָנוּ וַתְּהִי
הַמִּשְׂרָה עַל־שִׁכְמוֹ וַיִּקְרָא שְׁמוֹ פֶּלֶא
יוֹעֵץ אֵל גִּבּוֹר אֲבִי־עַד שַׂר־שָׁלוֹם׃
לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה וּלְשָׁלוֹם אֵין קֵץ עַל־
כִּסֵּא דָוִד וְעַל־מַמְלַכְתּוֹ לְהָכִין אֹתָהּ
וּלְסַעֲדָהּ בְּמִשְׁפָּט וּבִצְדָקָה מֵעַתָּה
וְעַד־עוֹלָם׃

Parvulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri saeculi,

li', princeps pacis. Multiplicabitur ejus imperium; & pacis non erit finis. Super solium David, & super regnum ejus sedebit, ut confirmet illud.
Isaiæ IX.6.& 7.

וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר
לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה מִמְּךָ לִי יֵצֵא
לִהְיוֹת מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל וּמוֹצָאֹתָיו
מִקֶּדֶם מִימֵי עוֹלָם׃

Et tu Bethlehem Ephrata parvulus es in millibus Juda: Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel: & egressus ejus ab initio, a diebus aeternitatis.
Michææ V.2.

D O G M A T A
ROMANAE ECCLESIAE
Scripturae Testimonio confirmata Contra Calvinianos.

DE SACRIFICIO ALTARIS.

וּמַלְכִּי־צֶדֶק מֶלֶךְ שָׁלֵם הוֹצִיא לֶחֶם
וָיָיִן וְהוּא כֹהֵן לְאֵל עֶלְיוֹן וַיְבָרְכֵהוּ׃

At vero Melchisedech Rex Salem, proferens panem, & vinum (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei.
Genes. XIV.18.

אַתָּה כֹהֵן לְעוֹלָם עַל־דִּבְרָתִי
מַלְכִּיצֶדֶק׃

Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.
Psalm. CIX. 4.

אֵין־לִי חֵפֶץ בָּכֶם אָמַר יְהוָה
צְבָאוֹת וּמִנְחָה לֹא אֶרְצֶה מִיֶּדְכֶם׃
כִּי מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ וְעַד־מְבוֹאוֹ גָּדוֹל
שְׁמִי בַּגּוֹיִם וּבְכָל־מָקוֹם מֻקְטָר מֻגָּשׁ
לִשְׁמִי וּמִנְחָה טְהוֹרָה כִּי גָדוֹל שְׁמִי
בַּגּוֹיִם אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת׃

Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.
Malach. I. 10. & 11.

וּמֵעֵת הוּסַר הַתָּמִיד וְלָתֵת שִׁקּוּץ
שֹׁמֵם יָמִים אֶלֶף מָאתַיִם וְתִשְׁעִים׃
אַשְׁרֵי הַמְחַכֶּה וְיַגִּיעַ לְיָמִים אֶלֶף
שְׁלֹשׁ מֵאוֹת שְׁלֹשִׁים וַחֲמִשָּׁה׃

Et a tempore quum ablatum fuerit juge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui exspectat, & pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque.
Danielis XII. 11. & 12.

Hunc locum interpretantur de Missae sacrificio, Hieronymus, Irenaeus, Primasius, Theodoretus.

וַעֲשִׂיתָ

וְעָשִׂיתָ חַג שָׁבֻעוֹת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ מִסַּת נִדְבַת יָדְךָ אֲשֶׁר תִּתֵּן כַּאֲשֶׁר יְבָרֶכְךָ יְהוָה אֱלֹהֶיךָ׃

Et celebrabis diem festum hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuae, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui. *Deuteron.* XVI. 10.

Observa-dū, inquit Claudius Sainctes praefat. in Liturgias Patrum, in hoc Deuteronomii loco quemadmodum Missa *ab hebraica voce descendat* מִסָּה, *in statu vero regiminis* מִסַּת. *Gerardus tamen Vossius, Bona, ceterique hanc Missae nomenclationem ab Hebraeo minime adsciscunt, et si veteris Legis oblatio, illam Missae repraesentet, vocem tamen repetunt a Latio, nempe* a missione, *sicuti enim* remissa *pro* remissione, & defensa *pro* defensione, *sic* missa *pro* missione; *vel quia celebrari solitum fuerit in Ecclesia* donis a populo missis; *vel quia Fideles re Divina peracta dimitti illa formula solebāt* ite missa est, *quemadmodum concione finita mos erat apud Gentes dicere* λαοῖς ἄφεσις. *Non ab Hebraeo Missa deducitur, tum quia plane antiquissimis Patribus ignota haec vox, tum quoque ignota Graecis: Nulla enim datur Hebraica vox Latinis usitata, quin eadem sit in usu apud Graecos, e quibus postea ad Latinos promanarit.*

וְנֶפֶשׁ כִּי תַקְרִיב קָרְבַּן מִנְחָה
לַיהוָה סֹלֶת יִהְיֶה קָרְבָּנוֹ וְיָצַק עָלֶיהָ
שֶׁמֶן וְנָתַן עָלֶיהָ לְבֹנָה ׃ וֶהֱבִיאָהּ
אֶל־בְּנֵי אַהֲרוֹן הַכֹּהֲנִים וְקָמַץ מִשָּׁם
מְלֹא קֻמְצוֹ מִסָּלְתָּהּ וּמִשַּׁמְנָהּ עַל־
כָּל־לְבֹנָתָהּ וְהִקְטִיר הַכֹּהֵן אֶת
אַזְכָּרָתָהּ הַמִּזְבֵּחַ אִשֵּׁה רֵיחַ נִיחֹחַ
לַיהוָה ׃

Anima quum obtulerit oblationem sacrificii Domino, simila erit ejus oblatio, fundetque super eam oleum, & ponet thus, ac deferet ad filios Aaron sacerdotes: quorum unus tollet pugillum plenum similae,& olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suavissimum Domino.
Levit. II.1. & 2.

Animadvertas velim heic, Hebraicum אַזְכָּרָתָהּ *cum affixo feminini generis, nihil posse aliud significare nisi memoriale Minchæ, de qua heic agitur. Habes igitur in hoc loco sacrificium delibatum ex sacrificio toto, a quo non distinguebatur quoad substantiam, ut esset memoriale sacrificii totius, adumbraretque sacrificium Missæ institutum a Christo, ut sit memoriale sacrificii Crucis.*

DE LIBERO ARBITRIO.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־קָיִן לָמָּה חָרָה
לָךְ וְלָמָּה נָפְלוּ פָנֶיךָ ׃ הֲלוֹא אִם
תֵּיטִיב

תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח
חַטָּאת רֹבֵץ וְאֵלֶיךָ תְּשׁוּקָתוֹ וְאַתָּה
תִּמְשָׁל־בּוֹ׃

Dixitque Dominus ad eum : Quare iratus es ? & cur concidit facies tua ? Nonne ſi bene egèris , recipies ? ſin autem male , ſtatim in foribus peccatum aderit ? ſed ſub te erit appetitus ejus , & tu dominaberis illius.

Geneſ. IV.6. & 7.

הַעִדֹתִי בָכֶם הַיּוֹם אֶת־הַשָּׁמַיִם
וְאֶת הָאָרֶץ הַחַיִּים וְהַמָּוֶת נָתַתִּי
לְפָנֶיךָ הַבְּרָכָה וְהַקְּלָלָה וּבָחַרְתָּ
בַּחַיִּים לְמַעַן תִּחְיֶה אַתָּה וְזַרְעֶךָ׃

Teſtes invoco hodie caelum , & terram , quod propoſuerim vobis vitam,& mortem , benedictionem, & maledictionem. Elige ergo vitam , ut & tu vivas , & ſemen tuum.

Deuteron. XXX. 19.

וְאִם רַע בְּעֵינֵיכֶם לַעֲבֹד אֶת־
יְהוָה בַּחֲרוּ לָכֶם מִי תַעֲבֹדוּן׃

Sin autem malum vobis videtur ut Domino ſerviatis : optio vobis datur : Eligite hodie , quod placet , cui ſervire potiſſimum debeatis .

Joſue XXIV.15.

DE

DE INCERTITUDINE JUSTIFICATIONIS.

תָּם אֲנִי לֹא אֵדַע נַפְשִׁי :

Etiamsi simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea.
Job. IX. 21.

מִי יֹאמַר זִכִּיתִי לִבִּי טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי :

Quis potest dicere? Mundum est cor meum, purus sum à peccato?
Proverb. XX. 9.

גַּם־ אַהֲבָה גַם נְאָה שֶׁאֵין יוֹדֵעַ הָאָדָם :

Nescit homo utrum odio, an amore dignus sit.
Eccles. IX 1.

DE MERITO BONORUM OPERUM.

נָטִיתִי לִבִּי לַעֲשׂוֹת חֻקֶּיךָ לְעוֹלָם עֵקֶב :

Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.
Psal. CXVIII. 112.

אַתָּה תְשַׁלֵּם לְאִישׁ כְּמַעֲשֵׂהוּ׃

Tu redes unicuique iuxta opera sua.
Psal. LXI. 13.

וְאַתֶּם חִזְקוּ וְאַל־יִרְפּוּ יְדֵיכֶם
כִּי יֵשׁ שָׂכָר לִפְעֻלַּתְכֶם׃

Vos ergo confortamini, & non dissolvantur manus vestrae: erit enim merces operi vestro.
2. *Paral. cap.* XV. 7.

DE DELETIS PRORSUS
Peccatis in justificatione peccatorum.

וְזָרַקְתִּי עֲלֵיכֶם מַיִם טְהוֹרִים
וּטְהַרְתֶּם מִכֹּל־טֻמְאוֹתֵיכֶם׃

Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.
Ezech. XXXVI. 25.

תְּחַטְּאֵנִי בְאֵזוֹב וְאֶטְהָר תְּכַבְּסֵנִי
וּמִשֶּׁלֶג אַלְבִּין׃

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lavabis me, & super nivem dealbabor.
Psal. L. 9.

כִּרְחֹק מִזְרָח מִמַּעֲרָב הִרְחִיק
מִמֶּנּוּ אֶת־פְּשָׁעֵינוּ׃

Quan-

Quantum distat ortus ab occidente; longe fecit a nobis iniquitates nostras.
Psal. CII. 12.

DE USU ET CULTU IMAGINUM.

הִשְׁתַּחֲווּ לַהֲדֹם רַגְלָיו קָדוֹשׁ הוּא׃

Adorate scabellum pedum ejus; quoniam sanctum est.
Psal. XCVIII. 5.

וְעָשִׂיתָ שְׁנַיִם כְּרֻבִים זָהָב מִקְשָׁה׃

Duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies.
Exod. XXV. 18.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל מֹשֶׁה עֲשֵׂה לְךָ שָׂרָף וְשִׂים אוֹתוֹ עַל־נֵס וְהָיָה כָּל־הַנָּשׁוּךְ וְרָאָה אוֹתוֹ וָחָי׃

Et loquutus est Dominus ad eum, fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet.
Numer. XXI. 8.

DE PURGATORIO.

בָּאנוּ בָאֵשׁ וּבַמַּיִם וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה׃

Transivimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.
Psalm. LXV. 12.
Hunc locum exponit de Purgatorio B. Ambrosius in Psal. XXXVI.

אַל־תִּשְׂמְחִי אֹיַבְתִּי לִי כִּי נָפַלְתִּי
קָמְתִּי כִּי אֵשֵׁב בַּחֹשֶׁךְ יְהוָה אוֹר
לִי׃ זַעַף יְהוָה אֶשָּׂא כִּי חָטָאתִי לוֹ
עַד אֲשֶׁר יָרִיב רִיבִי וְעָשָׂה מִשְׁפָּטִי
יוֹצִיאֵנִי לָאוֹר אֶרְאֶה בְּצִדְקָתוֹ׃

Ne laeteris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam quum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec causam meam judicet, & faciat judicium meum, educet me in lucem, videbo justitiam ejus.

Mich. VII. 8. & 9.

Hunc locum interpretatur de Purgatorio S. Hieronymus in cap. ult. Esaiae.

וּמִי מְכַלְכֵּל אֶת־יוֹם בּוֹאוֹ וּמִי
הָעֹמֵד בְּהֵרָאוֹתוֹ כִּי הוּא כְּאֵשׁ מְצָרֵף
וּכְבֹרִית מְכַבְּסִים וְיָשַׁב מְצָרֵף וּמְטַהֵר
כֶּסֶף וְטִהַר אֶת־בְּנֵי לֵוִי וְזִקַּק אֹתָם
כַּזָּהָב וְכַכָּסֶף׃

Et quis poterit cogitare diem adventus ejus, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum.

Malach. III. 2. & 3.

Hunc locum explicat de poena Purgatorii B. Augustinus lib. 20. de civitate Dei, cap. 25.

DE

DE LIMBO SS. PATRUM:

כִּי לֹא תַעֲזוֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל לֹא
תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת׃

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Psalm. XV. 10.

מִיַּד שְׁאוֹל אֶפְדֵּם מִמָּוֶת אֶגְאָלֵם
אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת אֱהִי קָטָבְךָ
שְׁאוֹל׃

De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors, morsus tuus ero inferne.
Oseae XIII. 14.

אֵרֵד אֶל־בְּנִי אָבֵל שְׁאוֹלָה׃

Descendam ad filium meum lugens in infernum.
Genes. XXXVII. 35.

DE INVOCATIONE SANCTORUM.

קְרָא־נָא הֲיֵשׁ עוֹנֶךָּ וְאֶל־מִי
מִקְּדוֹשִׁים תִּפְנֶה׃

Voca ergo, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum convertere.
Job V. 1.

וַיֹּאמֶר יְהוָה אֵלַי אִם יַעֲמֹד מֹשֶׁה
וּשְׁמוּאֵל לְפָנַי אֵין נַפְשִׁי אֶל־הָעָם
הַזֶּה׃

Et dixit Dominus ad me: si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum.
Jerem. XV. 1.

הַמַּלְאָךְ הַגֹּאֵל אֹתִי מִכָּל־רָע יְבָרֵךְ
אֶת־הַנְּעָרִים וְיִקָּרֵא בָהֶם שְׁמִי
וְשֵׁם אֲבֹתַי אַבְרָהָם וְיִצְחָק׃

Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis & invocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum, Abraham, & Isaac.
Genes. XLVIII. 16.

SACRORUM CODICUM
Postrema aliquot Testimonia Ex innumeris depromta locis, quae Calviniani
In suis Bibliis Genevensibus corruperunt.

הַקְשִׁיבָה לְקוֹל שַׁוְעִי מַלְכִּי
וֵאלֹהָי כִּי אֵלֶיךָ אֶתְפַּלָּל׃

Intende voci orationis meae, Rex meus, & Deus meus, quoniam orabo ad te Domine.
Psalm. V. 2.
Ex versione Genevensi, in Bibliis editis anno 1554. 57. 58.
Mon Roy, & mon Dieu sois attentif à la voix de mon cry, car j'addresse à toy tant seulement ma requette.

לֹא תַעֲשׂוּ לָכֶם אֱלִילִם וּפֶסֶל
וּמַצֵּבָה לֹא תָקִימוּ לָכֶם וְאֶבֶן
מַשְׂכִּית לֹא תִתְּנוּ בְּאַרְצְכֶם
לְהִשְׁתַּחֲוֹת עָלֶיהָ׃

Non facietis vobis idolum, aut sculptile nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum.
Levit. XXVI. 1.
In Bibliis Genevensib. editis anno 1588. 1605. 1610. 1616.
Vous ne ferez point d'Idoles, & ne vous dresserez point d'Image taillée ny de statue, & ne mettrez point de pierre peinte pour vous y prosterner devant.

וַיִּקְרְאוּ בַסֵּפֶר בְּתוֹרַת הָאֱלֹהִים
מְפֹרָשׁ וְשׂוֹם שֶׂכֶל וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא׃

Et legerunt in libro legis Dei distincte, & aperte ad intelligendum, & intellexerunt quum legeretur.
Esdræ VIII.8.
In Bibliis Genevensib. editis anno 1588. 1610.
Et lisoient au Livre de la Loy de Dieu, l'exposant, & en donnoient l'intelligence, la faisant entendre par l' Escriture mesme.

שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ׃

Perditio tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum.
Os. XIII.9.
In Bibliis Genevensib. editis anno. 1560.
Il t'a perdu Israel, mais en moy est ton ayde.

חָבֵר אָנִי לְכָל אֲשֶׁר יְרֵאוּךָ
וּלְשֹׁמְרֵי פִּקּוּדֶיךָ׃

Particeps ego sum omnium timentium te; & custodientium mandata tua.
Psalm. CXVIII.63.
In

In Bibliis Genevensib. editis ab anno 1554. vsque ad annum 1616.
Ie m'accompagne de tous ceux qui te craignent, & gardent tes Commandemens.

אַךְ אֱלֹהִים יִפְדֶּה נַפְשִׁי מִיַּד שְׁאוֹל כִּי יִקָּחֵנִי׃

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi quum acceperit me.
Psalm. XLII. 16.
In Bibliis Genevensibus editis ab anno 1558. ad annum 1588.
Mais Dieu rachetera mon ame de la puissance de la mort, quand il me prendra à soy.

כִּי לֹא תַעֲזוֹב נַפְשִׁי לִשְׁאֹל לֹא תִתֵּן חֲסִידְךָ לִרְאוֹת שָׁחַת׃

Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Psalm. XV. 10.
In Bibliis Genevensibus editis anno 1550. 61. 62. 67. 68.
Car tu ne delaisseras point mon ame au sepulchre, & ne permettras point que ton sainct sentes corruption.

PROLEGOMENA
A D
SYNTAXIM.

DUarum Grammaticae partium Etymologiae nimirum, & Syntaxews, prior, utpote quae agit de proprietate singularum vocum, visa mihi tantum fuit necessaria pro hebraicorum Codicum explanatione. Hanc ipsi partem tractare studuimus paullo, ni fallimur, clariorem ceteris quotquot in manus devenerint Grammaticis, qua punctorum mutatione, qua versuum quorumdam interlinearium interjectione, qua demum tabularum aliquot accessione. Punctorum enim mutatio, utpote minus spissa, atque implicata, accedentem Candidatum non adeo perterret, acriterque ut antea propulsat (qui perperam sic ratiocinatur: tanta si offenditur in limine difficultas, quid in medio? nesciens, quod tunc, prae punctorum difficultate, probe norit ipse legere, quum quod legit intelligat); Interlineariumm interpositio versuum magis magisq. expeditum reddit in Pronominum Verborumque comparatione (Kal tantum. quoad verba hoc indigebat interlinearium auxilio, quum Radix eadem,

dem, uti nostis; & ceteras ingrediatur Conjugationes); Tabularum tandem adjectio adeo illum in singulis Grammaticae praeceptis institutisque confirmat, ut ea animo discedere aut obliterari nunquam amplius patiatur. Accedunt etiam huic priori parti Exercitationes quaedam hebraicae, ministerio quarum duplici studiosorum commodo consultum est: primum quia nulla ipsi in ipso Grammaticae exordio necessitate adiguntur Hebraicam sibi Scripturam comparandi, quo se legendo exerceant, non sine discrimine mox illam nullo projiciendi pretio, si forte, ut fit, pristinus ille deferveat calor, ac plane extinguatur: alterum quia puerorum ad instar manu velut ducuntur ad ejusmodi studia, quoniam singula hebraica verba in iis precatiunculis, quae a principio exsistunt supra se continent explicationem, infra vero pronuntiationem: In Psalmis vero Proverbiisque explicationem dumtaxat habent, missa pronuntiatione, quam sufficienter acceptam ex praecedentibus Exercitationibus conjectatur; Tandem seposita Textus hebraici explicatione, ex se ipsi sensim assuescere Candidati poterunt, Textum ad Grammaticae canones expendere, conferendum postea cum explicatione infra Textum constituta, itàque periculum facientes recte ne, an secus interpretarint. Id igitur fuit caussae, quamobrem post Grammaticae priorem partem, nempe Etymologiam, hasce proxime adjecerim Exercitationes.

Neque

Neque praeterea aliquid in Syntaxi sperare dabatur, etenim non dedita opera ad hanc typis, ut ajunt, committendam Grammaticam appulimus animum; fato cuidam, si Gentium vocabulo uti liceat, id omne tribuendum; caussam si vultis, accipite. Neapolitana isthaec Juventus ad hanc capessendam Linguam mirum in modum, quum incensa fuisset, stimulum in dies admovente Canonico Mazochio in fere omnibus, quas optime in Regia hac Academia interpretatur, Scripturae lectionibus (Hominis famam, utpote quae non intermoritura percrebuit, libens praetereo, ut & in scientiis linguarumque cognitionibus promovendis nimium ardorem, quippe omnibus compertum) Hujus igitur auctoritate ac stimulis eo brevi deventum est, ut frequentiores illi erant, qui prae Grammaticarum orbitare vehementi tam desiderio frustrarentur, quam queis summo pretio Grammaticam obtinere fortuna tribueret. Superiore accidit anno, ut Bibliopolis id negotii dedissem, majoremque in modum commendassem, quo sibi super hac re, studiosaeque huic Juventuti consulere vellent, spoponderunt; tempora interim adventarunt, in quibus mense Novembri studia restaurarentur, & quum ne una quidem reperiretur heic venalis Grammatica, tanti mihi fuit, ut per modum, uti ajunt, provisionis, priorem elementorum paginam cum iis, qui heic aderant characteribus, imprimerem, deinde alteram,

ad octavam usque, tum & aliae paginae, processu id exigente Auditorum, processerunt; qui Auditores quum ferre amplius nequirent distractam in dies Bibliopolarum exspectationem, usque comperendinantium Grammaticarum adventum, exorare me ac deprecari, quo incoeptam, ut ut sese characteres haberent, prosequerer, ac perficerem: heic ego quid facerem? poteram, ne ab incoepto pedem referre? maxime quum plura essent hujus Civitatis Monasteria atq; hujus Regni Seminaria, quae sibi has priores paginas comparassent cum animo & alias deinceps obtinendi: necesse enim fuit ut omne meum tempus in hujusmodi illorum temporibus transmittendum putassem. Et re quidem vera, nisi fidem res excederet, singulos referre vellem labores in hac excudenda Grammatica perpessos: hoc tantum scire sufficiat, quod nulli exstabant hebraici characteres praeterea paucos, & eos inter se colludentes, & male fusos, nulla prorsus vocalia puncta, nulli accentus; atque inter typothetas neminem esse, qui nedum esset talium ignarus, sed ne ediscere illa quidem vellet prae temporis jactura, quam caussabatur, ob talium Scriptorum infrequentiam. Hinc colligere ex vobis ipsi poteritis, quanto nobis id fuisset incommodo, nobis inquam minime adhaec asuetis, fusoribus nimirum adstare, liquatos characteres digerere, tractare, in verba componere, typothetas (ut nunc appellant) instruere, paginas praelo subjectas iterum ac saepius

saepius emendare, *totos dies*, *ut uno me expediam verbo*, *totos inquam dies me in typothetarum officina versari*; *agebatur enim de Grammaticalibus institutis*; *dormitare si liceat subinde in ceteris lucubrationibus*, *in hujuscemodi tamen summa religio est*: *facile enim*, *quae maxime in principio irrepserint menda*, *Tyrones praecepta sibi esse persuadent*, *quamvis ἀκούσιως non pauca irrepserint*. *At cave nunc credatis*, *me hanc narrationem eo animo instituisse*, *quo* ex mustaceo, *uti ajunt*, laureolam, *me fuisse promeritam ostenderem*: *propterea ego sum haec loquutus*, *quo minime voluntaria*, *si forte adsunt peccata*, *existimentur*, *sed necessaria*; *atque insuper ut apud studiosorum animos testatum relinquerem*, *me illorum gratia ex Professore hebraici sermonis Typothetam effectum esse*; *minimeque dubitare majora in dies pro eorum commodo incommoda subiturum*.

Sustulimus manus, *ubi priorem Grammaticae partem absolutam aspeximus*, *& re quidem vera plane volebamus ulteriori nos subducere molestia*, *sed rem pressius considerando*, *quod nec Grammatica integra esset*, *si a Syntaxi Etymologia sejungeretur*, *& ne ipsa quidem Etymologia integra*, *quum de flexibilibus tantum Orationis partibus sermo factus esset*, *non autem de inflexibilibus*, *nempe de Adverbio*, *Praepositione*, *Interjectione*, *& Conjunctione*; *iccirco Grammaticam perficere nunc cogitantes*, *de Syntaxi primum verba facie-*

clemus, verum ordine & methodo ejusmodi; quae aeque Candidato suffragetur super hac Lingua quid elucubranti, ac Scripturae Codices pervoluntanti, ut quod componit gentilitium sapiat Hebraicum, non barbarum; & quod in Scriptura legit, peritissimum τῆς φρασεολογίας intelligat in veteri Codice, atque in novo non ignoret τῆς ἑλληνισμῆς. Accedit quoque in hujus Syntaxeως calce Symbolum quoddam plurimorum Nominum, & Verborum sensu tralato desumtorum in Scriptura, quod adeo illam interpretanti praesidio est ac lumini, ut nihil amplius. Infra Syntaxin agetur de reliquis quatuor Orationis partibus inflexibilibus. Poësin quoque hebraicam primoribus saltem labris degustabimus, non quo isthaec pars aeque atque aliae ad Grammaticae integritatem concurrat, praesertim quum nostra memoria ne vestigium quidem ullum sit reliquum priscae Poëseως illius artis, sed ne ab iis declinemus, qui de re Grammatica tractarunt. Trademus tandem aliquot praecepta super Syriaca lingua, ne plane hospites in illius saltem characteribus videamur; de his omnibus peragere, si coeptis Deus aspiraverit, animus est; ignari prorsus de quocumque eventu, quum non rem jamdiu meditatam, ac digestam, & decies, uti Horatius in Arte jubet ad vivum umguem castigatam praelo committimus; sed pro temporis opportunitate editam & quidem plurimis in minutis frustis subinde

inter

inter se non bene haerentibus, sed pingui, ut ajunt, minerva ferruminatis. Vestra intererit, cum venia, illa omnia percurrere, praeceptis Linguae summo studio incumbere, atque aurum, quod tantopere expetitur, e luto quolibet colligere.

Verum antequam Syntaxim ingrediamur praejudicatam juvat opinionem ostendere, quae adeo in fere omnium animos misere invaluit, ut amplius deducere ab iis impossibile videatur. Opinio haec est, quod hebraica Lingua prae nimia difficultate habita semper est, semperque habenda difficillima: Et quod hujus Linguae studium, non modo quod nullius sit utilitatis, sed quod illud omnino censendum sit supervacaneum, quum occurrere alicui, si forte acciderit, difficultati bellissimae valeamus tum ministerio Interpretum, tum Commentariis innumeris tot praeclarorum virorum Falsissimam hanc esse, quam de hebraica Lingua imbiberint opinionem, necessariis addicam rationibus; atqui ostendam, hanc Linguam prae ceteris esse facillimam, itemque utilissimam, & ferme necessariam, quum Commentaria, nulla aliquoties sint censenda, nulla item Interpretamenta.

Primum hanc esse ajo facillimam quum propter auctoritatem, tum maxime propter rationem. Pro auctoritate adeamus dum virum illum prae ceteris doctissimum, atque in omnibus Orientalibus Linguis versatissimum Brig-

num

num Waltonum in Apparatu suo Biblico, ipse inquam ubi de hujus Linguae praestantia antiquitate, dignitateque disseruisset, haec de ejus facilitate scribit: Tandem si Linguae tantae dignitatis, perfectionis, elegantiae, & utilitatis, etiam addiscendi facilitatem addamus, quid amplius desiderari potest? talis vero est haec Lingua, ut haud decimam temporis & laboris postulet, quam Latina, vel Graeca, ut tradunt ejus insigniores Magistri. Si quis enim menses aliquot in eam impendat (menses non annos; *sic Erpenius*) *facile bonos progressus in ea faciet*. Bimestris vel trimestris industria sufficiet (*sic Amama*) *ut mediocriter quis addiscat; annum vero non requirit, ut omnis ejus difficultas feliciter superetur. Qui vero tantillum temporis ab aliis negotiis, & studiis, imo a ludis abstrahere velit, tam pretioso Thesauro, se plane indignum reddit. Qui vero experietur, laboris fructus, multo brevi reportabit; hactenus ille. Vos igitur quid quaeritis? periculum & ego feci cum hisce meis institutionibus; & sensi, superfluum sane fuisse tertium adjicere mensem, quum duo tantum satis superque sufficissent; hoc testentur licet Auditores nostri, qui non vulgarem in hoc capessendo idiomate navarunt operam, in pluribus, ut fit, distractam rebus, sed singularem, & improbam.*

Ratione id etiam comprobatur, rem aliusmodi esse non posse. Conferte dum per fortunas vestras

vestras oro, conferte primum aliarum Linguarum Radices Themata Origines cum illis Hebraeorum, & videbitis quod Hebraicae, vicesimum supra millesimum numerum non excedunt, aliarum vero Linguarum plane sunt innumerabiles. Tantum in legendi ratione Hebraica ceteris difficilior censenda: & talis difficultas non aliunde promanat, quam quod mens nostra; ubi primum huic Linguae occurrerit, insolentia offenditur characterum, & significatione punctorum; nihil enim in iis legit, quod commune habeat cum sibi notis latinis: plurimum laborat in iis sibi procudendis; at in Graeca, exempli gratia, non item; bis, terve summum, quod quisque eam legat, percurrere illam probe norit; quia fere omnes sibi notissimos in ea deprehendet characteres: sed haec hebraicorum characterum novitas, ea esse non debet, quae animos acutum nostros exterreat, dejiciatque: quid tandem negotii est priorē hanc difficultatem superare? quando omnia facilia sunt, comparabilia, & satis jucunda. Ingrediamur nunc Grammaticam, & inspiciamus cum Hebraica Graecam. Video primum in Nominibus Graecis, quinque Declinationes existere simplicium nominum, totidemque contractorum; Video tria genera; tres numeros, singularem nimirum, pluralem, & dualem; Casuum video variam inflexionem pro ratione generis & numeri; & in Quinta potissimum Declinatione Accusativum singularem, & Vocativum, itemque

que plurale Dativum terminatione varia ac diversa exire pro ratione nominum; Video Adjectiva nomina exeuntia in tres terminationes, & tres articulos, quod desinant in quatuor diversos modos; in decem vero, quae tres articulos, & duas terminationes habent; in sex vero illa quae tres articulos, & unam habent terminationem: mitto tamen tot varia Comparativa, & Superlativa; mitto Patronymica, Diminutiva, Possessiva, Heteroclita, mitto cetera. At Hebraica duas habet Declinationes, quae a plurali numero dignoscuntur: prima est masculinorum in IM; *altera feminorum in* OT, *ut* Melech *Rex*, Melachim *Reges*; Malcha *Regina*, Melachot *Reginae*. *Duo tantum genera habet, neutro caret, pro quo saepe utitur feminino: habet & dualem numerum, sed unica illius est terminatio in* AIM, *ut* Malchaim *duo Reges*, Malchataim *duae Reginae*. *Casus terminatio nulla est, quum articulis utatur, ut apud Italos. Adjectiva nomina formantur saepenumero a masculinis, adjectione τῦ* A *cum aliqua vocalium mutatione, ut a* Melech, Malcha; *a* Tobh *bonus*, Tobha *bona*. *Cõparativa formantur adjectione* MIN, *quod latine redditur* Quam, *ut in illo Psalmi*: bonum est sperare in Domino, quam sperare in homine, *idest melius sperare in Domino, quam &c. Superlativum emergit geminatione adjectivi nominis, ut* Sanctus Sanctus Sanctus Dominus Deus Tsabhaoth, *idest Sanctissimus est Dominus Deus Tsabhaoth. Quid amplius? quid? nihil plane ampli*:

plius ; nam nulla penes Hebraeos Patronymica , nulla Diminutiva , nulla Heteroclita . Audistis-ne Graeca Nomina cōparata Hebräicis, audite nunc Graeca Verba. Tredecim sunt Graecorum Conjugationes, adest & cujuscunque Conjugationis sua propria Activa, Passiva, & Media . Modi quinque sunt; Tempora novem sunt, Praesens nimirum , Praeteritum Imperfectum, Perfectum , Plusquam perfectum , Aoristus primus, Aoristus secundus , Futurum primum, Futurum secundum, & paullo post Futurum . Numeri tres sunt ; adsunt & composita verba, & simplicia ; adest & augumentum temporale , & syllabicum ; adsunt & Dialecti , Attica nimirum , Æolica , Dorica , Jonica , Boeotica Poëtica , quae omnes Dialecti mutant terminationem Nominum , Pronominum , Verborumque ; ita ut tot alias addiscere oporteat, quot ipsae sunt , a communi terminatione prorsus differentes . At in Hebraea quatuor tantum Conjugationes sunt, quae omnes unico Verbo inflectantur, ut si verbi caussa diceremAmo, as Primae conjugationis; Ameo, es *Secundae;* Amo , is *Tertiae;* Amio, is *Quartae: & in significatione Activa , & Passiva tantum , non autem Media ; Modi tantum tres , Indicativus , Imperativus , & Infinitivus ; Tempora duo tantum , nempe Praeteritum Perfectum , & Futurum; pro Praesenti vero adhibent Participium ; Numeri duo tantum ; Composita verba nulla sunt ; Dialecti omnino nullae. Quid ergo, vos nunc dicitis intercedit*

tedit-ne discrimen inter Hebraeum, & Graecum? Quod ego de Graeca dixi, dici & possunt de Latina, de ipsa Hetrusca, quae facilis adeo non est, licet in ea nos & pene nascamur, & ea semper utamur, digito tamen commonstrari possunt, qui tertio quoque verbo in ea minime ineptiant.

Omnino igitur concludendum nullam esse rationem inter Hebraicam utpote facilliam, & ceteras omnes difficiliores. De re una tamen monitos vos esse velim, quae Hebraicam aeque atque alias tangit. Experientia jam constat, quod Linguae, quo conducibiliores ipsae sunt ad ceteras scientias, captuque difficiliores, eo facilius memoriam praeterlabuntur, ut vix aut ne vix quidem levia aliqua illarum supersint vestigia, solas ipsas coli amant Linguae, neque evagari in alienas hominem patiuntur scientias; zelotypae sunt sic prorsus, ut illico, si quotidianum illarum cultum praeterieris, aspectu mutari, illico abalienari abs te jam senties; quarum amissam gratiam si reconciliare volueris ex integro, ex integro quidem tibi est adlaborandum. Quum igitur res eo loci sit, duorum alterum, aut Scientiis omnibus nuntium mittere, & totos nos abdere Linguis, aut, ut nunc se habent mores attingere tantum Scientias, & de Linguis, quae sunt scientiarum praesidia, susque deque. Verum si hanc, quam vobis propono, inibitis viam, utrisque providere bellissime poteritis. Vobis dum animus est Linguis navare sive ante scientias, quod certe

utilius, sive post, sive cum ipsis una, quocumque id fiat tempore, efficite profecto, ut tunc, tempus omne in unam Linguarum comparationem tradacatis, quominus Puerorum ad instar in longo cunctantium medicinae gustatu, odoratu, & aspectu, illas tandem stomachose fastidiatis. Nihil suavitatis habent Linguae dum gustantur; nihilque jucunditatis, vix dum ipsae fuerint exantlatae, quid non luminis tribuunt ad bonarum Artium comparationem? quid non solertiae & sagacitatis ad veri cognitionem? quid non fortitudinis ad Hostium propulsationem? quid non tandem utilitatis ad sacrorum Codicum incorruptionem, Fideique nostrae firmitatem? Navate igitur toto pectore Linguis, sed tantum, quantum exigere Grammaticales Institutiones videntur; puta in Hebraica bimestre spatium: & insuper pro Linguarum exercitatione aliquot seligite loca committenda memoriae, uti essent in Hebraea illae, quas adjecimus Precatiunculae, Psalmi, Paroemiae, ceteraque ex Codicibus depromta loca, dignissima quae vel a doctissimo quoque iterum & saepius legantur. Ubi vero ex vobismetipsi didiceritis explicare isthaec quae industrie selegistis loca, sufficiat tum hoc vobis; habetis enim, si forte occasio se dederit rationem adeundi Codices in proprio fonte, quod tantum ab appetente Linguarum cognitionem intendi primo debet, non autem ut e vestigio celeberrimus Professor evadat, desistite posthac, ut jam dixi a Linguarum studio, neque quid amplius

us de re Grammatica excogitetis, nisi quod animi caussa quotidie, scilicet ne uno quidem praetermissa die, selectas illas exercitationes excurratis; isto enim pacto nulla fiet temporis jactura; & consulere rebus vestris licebit, sive negotiis, sive scientiis, citra periculum diffluendi ex animo, quae semel improbo labore comparastis, atque simul quotidiana illa selectorum locorum repetitione ea cuncta animo refricatis. Quod si vehementius aliquo post tempore ad Linguas redire volaerimus, redeamus licet, quoniam semper easdem ac reliquimus, offendemus. Hac ratione Linguae si accipiatur, captu faciliores ipsae erunt, quam si aliam quamlibet teneremus viam.

Sed esto Hebraicam omnium esse difficillimam, nonne ipsa dignissima quae perdiscatur, sin minus necessitate, at eruditione; sin minus utilitate, at curiositate. De Themistocle rumor est, quod quum a Persarum Rege quaedam petere, & cum ipso colloqui exoptaret, annum integrum in addiscenda Persarum lingua insumserit, ne Regem per Interpretem adiret: At nostri Animarum Rectores, qui non semel sed quotidie cum summo omnium Rege colloqui tenentur, ejus mandata ad populum deferendo, ipsorumque vota ad Deū ipsū offerendo, gravantur Codices adire; linguarum brevi incommodo pertulsi; & per Interpretes Divini Numinis oraculum, quacumque conspiciatur fronte innumerarū ferax significantiarum, contenti sunt circumcisum, determinatum, gracile fictumque videre

dere, & audire; quam ut aliquo modo reddant pingue, plurimis infarciunt metaphoris,quisquiliis, ineptiis. Et ii etiam, qui eruditiunculis inhiant, perpetuoque tot vanis cognitionibus distenduntur, quid est cur hanc Linguã non aspiciant? anne fortassis indigna, quae inter ceteras eorum recenseatur eruditiones. Aperiant ipsi oculos suos, & videant hujus Linguae attributa satis magnifica, & pulcherrima.

Primigenia haec Lingua est, Lingua Dei, Lingua Angelorum, Lingua Prophetarum. Etenim hanc (ex gravissimorum Auctorum sententia) Deus ipse Primis humani generis Parentibus in ipso creationis exordio inspiravit,ut animi sensa sibi invicem mutuo aperirent,nepotibusque exponerent, ejusque beneficio res omnes aptissimis donarent nominibus. Hac scilicet Deus usus fuit, ut suam Hominibus uberrimam ostenderet gratiam, & voluntatem. Hac Sancti Angeli Abrahamum,ceterosque alloquendo. Hac denique Prophetae Divinum Verbum mortalibus, eorum in vaticiniis, exposuerunt. Si igitur rebus summa conciliatur laus ab Antiquitate, quid est cur Hebraicam praeconio non efferemus, quae utpote ab ipsis mundi incunabulis orta, & Graeca, & ceteris omnibus longe antiquior est. Quod si Auctoris praestantissima dignitas, rei dignitatem amplificat, quid heic desiderari amplius potest? Quod si denique materiae nobilitas, Linguae, cujus characteribus exprimatur, auctoritatis plurimum conferat,

rat, quid sapientissimo Philosopho dignius, quid Christiano viro accommodatius accidere unquam poterit, quam, aut contemplatione ad ipsum usque rerum omnium Auctorem accedere, aut eis, quae tradit indipiscendae salutis praeceptis inhaerere? O studium vere excellentissimum! o industriam omni praedicatione majorem! qua homo id consequitur, quo valeat eadem Lingua cum Deo, cum Sanctis Angelis, cum Patriarchis, & Prophetis colloqui, & Dei mentem ex Lingua Dei fideliter Hominibus enucleare.

Veniamus nunc ad alteram praejudicatae opinionis partem, nempe quod Interpretes, aut Commentaria, si forte subobscurus aliquis, aut plane inintelligibilis occurrerit Scripturae locus, abunde nos instituent. Mihi vero, & Commentaria, & ipsae etiam Interpretum versiones nonnunquam nullius fere usus esse videntur. Pro hac mea asseruenda sententia, quam vultis adducam Interpretationum? num illam LXX-viralium, qua Nostrae Salutis Auctor usus fuit, usi fuere Apostoli, & tota priscae illius aetatis Ecclesia, quaeque prae ceteris Hebraico Codici arctius haeret? De ea Interpretatione magni nominis Viri testimonium accipite, quemadmodum a Waltonio refertur in Praefatione ad suum Biblicum Apparatum: LXX. Interpretes, quid egerint, aut quomodo egerint, incertum est. Non probantur prophetasse. Auctoritas Graecae versionis semper pependit-

dit ab Hebraea lectione. Apoſtoli non ſunt ei teſtes infallibilitatis,& dictatus Spiritus Sancti. Non conſtat, unquam per omnia Graecam verſionem cum Hebraeo conveniſſe. Apoſtoli aliquando ea non uſi. Scatet ea aberrationibus. Non eſt idonea, ut doceat plenam intelligentiam Scripturarum. Qui eam ſequi velit, eum oportet, & litteras Hebraeas mutare, voces addere, demere, & de ſignificatione vocabulorum plurimorum nullam poteſt certitudinem habere. *Hactenus ille: Atque ego eo lubentius in hujus Auctoris ſententiam diſcedo, quo veriſſimam eſſe fuerim compertus; in collatione LXX. Interpretum cum Originali fonte Hebraico.*

At dixerit quiſpiam, nulla nos alia utimur Interpretatione, niſi Vulgata Latina, quae ſola a PP. Concilii Tridentini declaratur authentica, quamque nemo quovis praetextu rejicere unquam audebit. Si ſola igitur authentica eſt; ſi rejici nullo pacto poteſt, cur Graecam ego perconter, aut Hebraicam, quae tali τῆς αὐθεντίας praeconio non decoratur? Quoties ego ab ignavis laborem detrectantibus impetor ejuſmodi argumento, ut ipſum adeant Bellarminum rogo,qui lib.2. de Verbo c.10. ait, quod Patres nullam fontium mentionem faciunt, ſed ſolum ex latinis Verſionibus, quae nunc circumferuntur, unam delegerunt, quam ceteris anteponerent. *Appello etiam Salmeronem, qui, utpote unus e PP. Concilii, certiores face-*

 re

re prae ceteris nos poterit de veraci Patrum sensu super hac re; ipse enim sic fatetur, Proleg. 2.liberum reliquit (*Concilium*) omnibus, qui Scripturas sacras profundius meditantur, fontes Hebraeos, & Graecos, quatenus opus est, consulere, quo nostram (*latinam*) vitio librariorum, vel temporum injuria corruptam emendare valeant. *Et re quidem vera, menda, quae irrepserunt temporum injuria, & vitio librariorum, sunt plane innumera, quae partim emendata fuerunt & correcta jussu Sixti V., & Clementis VIII. partim remanserunt, Catalogum quorum instituit Lucas Burgensis: idem satis luculenter & diserte in Latinis Bibliis affirmatur:* quod in illa pervulgata Editione, multa quae mutanda videbantur, immutata relicta sunt . . . . *nec non*, Biblia non sunt a nobis accuratissime castigata, multa enim justis de caussis pertransivimus ad Populi scandalum vitandum. *En igitur quomodo etiamnum errores sunt de industria relicti ad ignarae plebis scandalum vitandum: adigimur ergo fontes ipsos adire, si a plebe secreti, dulciorem aquam haurire voluerimus, puriorem, atque ab omni vel levissimo luto magis magisque defaecatam: quod quidem levissimum lutum etsi mores non coinquinet, aut fidem inficiat, polito tamen homini fastidio semper erit ac stomacho, qui se, vel rerum αὐτόπτον exhibere semper cupit, vel omni vacuas religione aut scandalo excipere res ipse vult: & quidem justis-*

stissimis de caussis, *nam Hebraica lingua suas continet veneres*, *& peculiares idiotismos*, *qui sine dubio depereunt in latina editione*. *Characteres majestatis atque ἐνεργείας veluti sua vestigia Spiritus Sanctus impressit*, *quae nemo Interpretum repraesentare quacumque arte poterit*. *Praeterquamquod* ii, qui versiones tantum norunt, aliorum oculis vident, *ut quidam vir doctus inquiebat*, & cum plebe in atriis stantes e longinquo sacra contuentur: qui vero ipsum Textum originalem intelligunt, cum Sacerdotibus in Sanctuarium admissi, omnium, quae in penetralibus aguntur, ipsi testes sunt atque arbitri. *Propterea Lutherus ait*: etsi exigua sit mea linguae Hebreae notitia, cum omnibus tamen totius mundi gazis non commutarem. *Audistisne Lutherum quanti Hebraicam faciat*, *ejusdem opinionis est Calvinus*, *& Zuinclius*, *& Oecolampadius*, *& omnes fere Haeretici*, *& Rabbini*. *Quando igitur infensissimi Christianae Religionis Hostes*, *ad nostram fidem labefactandam avidissime illam arripiunt*, *improbo sunt consilio*, *quo liberius*, *Theologo Christiano id ignorante*, *Scripturae sensus huc illucque pro eorum aestu ac libidine flectere possint ac detorquere*: *Christiani Homines desidiosi in Vulgata conquiescent*, *telisque Hostium e Sanctuario ipso depromtis se confodi patientur*, *quod artem rationemque despiciant*, *qua & sibi cavere possint*, *& eorum astus eludere*, *conatusque comprimere*?

Quoad Commentaria, etsi omnia deinceps nostro in pluteo digesta contueremur, quod impossibile est, non continuo explemur recta alicujus rei dubiae solutione, & responsione; siquidem alii alio Divini Spiritus eloquia vertunt: est qui allegorias amet, alius eruditionem affectet, alius vero Theologica, & Philosophica perquirat, hic Rabbinis adhaereat, ille Theodotioni, alius Symmacho, Aquilae, Syriacae versioni, Arabicae, Copticae, cetera. Qua de re nemo non videt, declinantem Hebräicae Linguae (quae ad ipsum veritatis fontem manuducit, unde tam variae derivarunt versiones) levissimum incommodum, in infestam procul dubio sempiterni laboris, ac pene frustranei, Scyllam incidere.

Septem maxime de caussis Hebräica Lingua Interpretationibus, ac Commentariis omnibus praecellit. Prima quia explicat dictiones, quae magnam emphasim habent. Altera quia ostendit plures sensus Catholicos ex eodem Scripturae verbo, aut sententia esse eliciendos. Tertia quia instituit nos circa idiomata, phrases, & Proverbia. Quarta quia castigat menda, quae ex librariorum, aut typothetarum oscitantia, aut imperitia irrepserunt. Quinta quia Orationis contextus intelligi nunquam poterit, nisi plurimae, quae in vulgata exstant Hebräicae voces, explicentur. Sexta quia facili negotio errores evadit ex Latini, aut Graeci sermonis amphibolia. Septima ad extremum utilitas est quia manuducit nos ad illarum cognitionem vocum, quas Interpre-

pretes, si maxime voluissent, clarius efferre non potuissent.

Pro qualibet ex memoratis caussis unum aut alterum adducam Hebräicũ aut Graecũ exemplũ quo res clarior fiet ac manifestior. Pro priori caussa prius sit Hebräicum Exemplum, postea Graecum. Habetur lib. 4.*Reg.V.* 18. Hoc autem solum est, de quo depreceris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur Dominus meus Templum Remmon, *ut adoret*, & illo innitente super manum meam, *si adoravero* in Templo Remmon, *adorante eo* in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei vade in pace. *Duo heic notanda occurrunt, primum, quod totius hujus sententiae sensus non pro futuro tempore, ut videtur clarius innuere Latina, & Graeca versio, accipendus est, sed pro praeterito, ut Hebraica veritas habet, & Calmetus ita esse ostendit in peculiari dissertatione de prostratione Naamam, ante lib.* IV. *Reg. Non de futura adoratione in Templo Remmon vult sibi ignosci Naamam, quod quidem impetrare ab Sanctissimo Propheta Eliseo nullo pacto potuisset, sed de praeterita adoratione, quam cum Rege suo, cujus erat a brachiis, exhibuerat, veniam exposcit. Occurrit secundo loco, quod Vulgata utitur simplici verbo* adorare, *exempligratia ut* adoret; si adoravero; adorante eo, *quum verbum* שָׁחָה *longe validionem mereatur explicationem*, plura, *inquit Buxtorfius*

sius in suo Lexico, honoris exhibendi verba sunt. *Hoc autem* שָׁחָה *totius corporis, manuum scilicet, & pedum prostrationem in terram significat ex more Orientalium. En Textum, ejusque infra litteralem versionem* לַדָּבָר הַזֶּה

יִסְלַח יְהוָה לְעַבְדֶּךָ בְּבוֹא אֲדֹנִי בֵית
רִמּוֹן לְהִשְׁתַּחֲוֺת שָׁמָּה וְהוּא נִשְׁעָן
עַל יָדִי וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי בֵּית רִמֹּן
בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי בֵּית רִמֹּן יִסְלַח נָא
יְהוָה לְעַבְדְּךָ בַּדָּבָר הַזֶּה׃
וַיֹּאמֶר לוֹ לֵךְ לְשָׁלוֹם

super hac re parcat Dominus servo tuo; in veniendo Domino meo Domum Rimmon ad prosternendum se illic, & ipse innixus fuit super manum meam, & prostravi me in Domo Rimmon, in prostratione mea in Domo Rimmon parcat quaeso Dominus servo tuo in hac re. Et dixit ei (Eliseus) vade in pace. *Graecum exemplum. Marci* VI.46. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, ἀπῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύξασθαι. Et quum dimisisset suos concessit in montem orare. *Illud* ἀποταξάμενος *non significat simpliciter dimittere, inquit Melchior Canus, sed dimittere benigne ac gratiose, quemadmodum amicis celebrato convivio longum vale hilari animo dicimus. Qua in re Evangelista Graece scribens, Jesu Christi etiam erga rusticos comitatem plurimam*

rimam, & *gratiam commendavit*, *quod quidem latina voce exprimi vix poteſt.*

Pro altera cauſſa alterum hoc exemplum: Quid tu vides Hjeremia? *Hjeremiae* I. 11. *qui reſpondit*: מַקֵּל שָׁקֵד אֲנִי רֹאֶה: Virgam amygdalinam ego video; *Noſter habet* Virgam vigilantem, *nam a Radice* שָׁקַד. & *vigilare deſcendit*, & *amygdali nomen*, *iccirco Dominus*, *ſermonis ab occaſione ludens*: Bene, *inquit*, vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo, ut faciam illud. *Hjeremias in una nomen*, *accepit ſignificantia*, *at Dominus in altera flectens*, *fecit ex ſermonis ambiguitate concentum ſententiae satis elegantem. Hebräicae Radices*, *quemadmodum accepiſtis*, *quum pauciſſimae illae ſint ad rationem aliarum Linguarum*, *fit inde*, *ut totidem ſint Catholici ſenſus Hebräicae illius ſentẽtiae*, *quot ſcilicet in ſe ſignificationes includunt illius ſententiae voces: neque valet Latina*, *aut alia quaevis Lingua*, *in quam Scriptura traducatur Hebräicam vocem juxta ejus omnem ſignificationum ambitum fideliter traducere*; *ſemper igitur decurtatam reddet ac determinatam ad unam dumtaxat ſignificationem.*

Pro tertia cauſſa tertium Exemplum: ne reſpicias poſt tergum, *Gen.* XIX., & neminem per viam ſaultaveritis, *Lucae* X. *quibus maxima quaedam itineris celeritas*, *quaſi proverbialiter & figurate ſignificatur*; *ab ejuſmodi aliis exemplis abſtineo*, *quum tota plane de his verſetur*

ſetur Syntaxis, in Hebräica nimirum phraſeologia perdiſcenda, ac translata dicendi ratione: Hoc tantum heic dico, quod Salomonis Proverbia, ut alios praetermittam veteris Inſtrumenti libros, niſi habita ratione Hebraicae conſuetudinis & ſermonis, vix ullo pacto explicari queunt; nam quod apud Hebraeos proverbiali figura dicitur, id apud Latinos nullum quandoque Proverbium eſt, quod plerique illitterati in Proverbiis enucleandis aut ad allegorias confugiunt, aut varia confingunt deliramenta, multoque ſatius eis, inquit Melchior Canus in ſuo de locis Theologicis l.2.c.xv., fuiſſet ſincero corde propriam confiteri inſcitiam, quam imperitiae ſuae alios heredes facere.

*Pro Quarta Cauſſa, argumento eſſe ſatis poteſt, illa librariorum oſcitantia, ſeu potius audacia caſtigandi quod minime intellexerit, ut Gen.*III.15. וְאֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה

וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ

Et inimicitiã ponam inter te & mulierem hanc, & inter ſemem tuum, & ſemem hujus, ipſum conteret tibi caput. *Pronomen* הוא *genere & numero convenit cum antacedente ſubſtantivo maſculino* זֶרַע, *non autem cum altero ſubſtantivo feminino* הָאִשָּׁה, *Perperam enim Amanuenſium oſcitantia verſum fuit:* ipſa conteret caput tuum, *referens τὸ* ipſa *ad mulierem*

non

non autem ad semem, quocum convenire debebat. Ab Interprete, uti saepenumero, relictum erat ipse, *litteralis versio Hebräici* הוא *referendo ad* זֶרַע *generis masculei in Hebraeo, neutrius autem in latino, quia* זֶרַע *significat semem; quod minime imperiti Librarii advertentes, vitiumque existimantes substituerunt* ipsa *pro* ipse. *Hujusmodi innumeros Amanuensium errores nemo unus declinare valebit, nisi Hebraicam percalluerit Linguam. Et illud etiam* Ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι τί πρὸς σέ; *Johan.*XXI. 23. si eum volo manere donec veniam, quid ad te? *pro* si *supponunt* sic,*quum graece habeatur* ἐὰν si *non* οὕτως *sic. Et Job.* VII. sicut cervus desiderat umbram; *pro servus. Et Deuter.* XXIX. Solis ardore, *pro Salis. Et Psal.* XLII. Sitivit anima mea ad Deum fontem, *pro fortem; et si Hebraicae sit* Sitivit anima mea ad Deum,ad Deum vivum, quando veniam &c. *itemque Psal* CXVIII.Laetabor ego super eloquia tua sicut qui invènit*(praeterit.)pro* invenit(*praesent.)habet enim Hebraeus* כְּמוֹצֵא sicut inveniens *nunc, in praesentia:major enim est Laetitia illius qui in praesentia invenit, quam qui jampridem invenisse recordatur.*

Pro Quinta caussa veniunt illa plurima Nomina Hebraica, quae in vulgata editione etiamnum immutata conspiciuntur,atque a tali appellatione plurimum continent mysterii, ut

Adam i

*Adam, Eva, Cain &c. Gen.*XVII. 4. *de Abraham*: Nec vocabitur nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham, quia in Patrem multitudinis Gentium dedi te. *Sic Sarae nomen mutatum etiā fuit, quum antea dicta fuisset Sarai. Sic Jacobi, in illud Israelis; sic omnium filiorum Jacob, quorum Nomina technicis his versibus, ordine quo ipsi fuerunt sati, complectuntur.*

en A
Rub, Simeon, Levi, Jehuda) Dan, Nephtali, Gad, ser
Io
Issachar, & Zabulon, Dinaque) seph, Bniamin.

quorum liberorum septem in utraque parenthesi inclusi, sunt Leae; postremi duo Rachelis: Dan & Nephtali *super genua Rachelis ab ejus Ancilla Bilhah sunt geniti*: Gad *vero &* Aser *a Zilpha Leae Ancilla. Quae sane Nomina temere quum indita non sint, unumquodque in se mysteriū continet, ut videre est Gen cap.*XXIX. *&* XXX. *Neque Textus enucleari poterit, aut intelligi, nisi in praesidium Hebraica Lingua adsciscatur.*

Pro Sexta caussa, quia declinantur errores ex Latini, aut Graeci Sermonis amphibolia Διαθήκη *duo graece comprehēdit, primarius significatus est* Sponsio Foedus, *qui respondet Hebraico* בְּרִית *Secundarius vero est* Testamentum, *idest suprema morientis voluntas, quae Testatoris morte confirmatur, Antiquus Interpres, pro more suo, qui Grecarum vocum tritiores semper sequitur significationes, Testamenti nomine Sacram Scripturam appellavit, unde* Vetus & Novum

Te-

Teſtamentum; & *ſane perperam, quia quum minime interceſſiſſet Teſtatoris mors nemque Dei, in veteri Teſtamento, utpote quia Deus eſt, ἀθάνατος Teſtamentum dici revera non poteſt, quamvis in Novo, illa Chriſti interceſſerit. Dicere ſatius debuiſſet* Foedus novum, & vetus *quae ſcilicet eſt primaria illius* Διαθήκης, *prout a* LXX. *fuit intellectum, ſignificatio: Nam ſicut in Veteri promiſit Deus Terram Chanaam Hebraeis, atque ab illis ſtrictiſſimam totius Legis obſervantiam repetiit; ſic in Novo Chriſtus Caeleſtem pollicitus fuit Terram omnibus Credentibus, ab illis ſuaviſſimum dumtaxat amoris fructum repetendo. Et ſicut pro illius foederis ſtabilitate interceſſit pecudum ſanguis, & publicum inſtrumentum, in quo hoc tantum foedus conſignaretur, quemadmodum ſunt Codices veteris Inſtrumenti: ſic etiã in hoc, Chriſti cruor, & novi Teſtamenti Codices interfuerunt. Foedera enim tribus maxime perficiebatur, mutua promiſſione, quod eſt potiſſimum: ſanguine quo ſanciebantur; & publico Inſtrumento quo conſignabantur. Publicum hoc Inſtrumentum inſignitur interdum nomine Foederis. Quum igitur Scriptura ſit hoc Inſtrumentum, & dici etiam poteſt foedus, ſatius fuiſſet dicere* vetus, & novum Foedus; vetus & novum Inſtrumentum, *ut Latini PP. ſaepenumero, quam* vetus, & novum Teſtamentum, *ea ſane mente, ut Teſtatoris mortem includat. Sic etiam in Pſalmo* CX. *ubi*

נְדָבוֹת *Graeco Interprete redditur* Ἀρχὴ *unde Latinus vertit* Principium , *quod potius per* Principatum *vertendum esset*.

Pro suprema caussa venire possunt illae omnes voces Hebraicae , ut Hosanna,Amen , Hallelujah,Maran-atha &c.*Si Interpres explicare illas voluissent,dixisset utique pro* Hosanna*vel* Hosiah-na,*salutem praesta , ut illud Matthaei* xxi. 9. Hosanna filio David,*vel ut Calmetus ad eundem Matthaei locum* Hosiah-na, *Salvator , te precor;pro* Amen *dixisset* Veritas;*pro* Hallelujah *laudate Dominum ; pro* Maran-atha *Dominus venit . Quid inde Interpres collegisset , si illas, aliasque hujuscemodi voces explicasset ? nehilum quidem profecisset: nam* Hosah-na *praeter litteralem significationem,peculiarem obtinet in acclamationibus vim ; veluti* Vivat Rex; salus sit filio David;Diuturna sit vitaChristo &c. Amen , *si in principio sententiae adhibeatur , transit in naturam Adverbii, & notat asseverationem , reique confirmationem ; ut* Amen, amen dico vobis , *idest vere , certe , constanter dico vobis: sin vero in fine sententiae, transit in Fidentis & assentientis particulam , uti in fine cunctarum precationum obtinet ; quasi dicas Firmum , Ratum esto , Vere fiat.* Hallelu-jah *praeter sui significantiam,nempe* Laudate Deum , *est & summum laetitiae signum.* Maran-atha *syriace significat* Dominus noster venit, *& est extremi anathematis formula, ubi extremae*

Chri-

Christi condemnationi in judicio futurae, peccator addicebatur, Dominus venit, *praeteritum ponitur pro futuro, more prophetico, quasi dicas: Dominus noster veniendo veniet, hoc est tandem certissimo veniet, & ulciscetur; sic* Racha, *sic & aliae innumere voces, quae longe aliud atque aliud significant, atque earum litteralis explicatio, etiamsi ab Interpretibus apponeretur, ostendit.*

Sapientissimo igitur consilio, & quidem jure optimo Viennensis Concilii Patres sub Clemento V. sciverunt, ut Hebraicae, Chaldaicae, atque Arabicae Lingue (quippe quarum cognitio apprime necessaria est ad Divini Eloquii *interpretationem, Fideique propagationem) periti viri in scholis, atque Academiis honorifice alerentur. Atque anno Aerae vulgatae* CIↃIↃCX. *Paullus* Papa *V., quo talium Linguarum cum Graeca fames magis magisque acueretur, Brevi suo constituit, ut ceteris paribus illi aliis praeferrentur in promotione ad gradus Doctoratus, atque ad alios sui Ordinis (si Monachus esset) honores, qui ad haec sibi comparanda idiomata animum appulissent.*

Verum de Praefatione hactenus, cujus sub nomine (fateri nunque oportet, me non nihil ab instituto recessisse) plurima alia ad Syntaxin, *quam nunc tractaudam aggredimur,* ἄτοπα *fortassis adjeci, sed magni illud haud refert, satius enim duxi me unum in hac re peccasse, quam alios plura peccantes ferre.*

re qui vel ut difficilem Hebraicam aversantur; vel ut super vacaneam abborrent, quorum quidem peccata, nisi banc perdidicerint Linguam subbinde, Venusini verbis ut utar, l.1.od.28. piacula nulla resolvent

DE SYNTAXI.

Duo de viginti Regulis tota complectitur Syntaxis; de aliquot primum agemus Orationis partibus singillatim juxta illam dicendi singularem rationem, quam variis in locis Scriptura utitur, tum conjunctim, ut illarum conspiciatur nexus, & structura peculiaris, Hebraeorum. Exempla identidem usurpavimus aliorum idiomatum, puta Graecorum, Romanorum, Italorum, cetera; non tam ut Hebraicae Syntaxeos usum hujusmodi confirmaremus exemplis, sed potius demonstrandi ergo aliorum idiomatum structuram ab Syntaxi Hebraica depromtam; decurrunt enim ex fonte Hebraico, utpote aliis linguis antiquior, institutiones & praecepta ad ceteras Linguas; eoque magis Hebraeorum in dicendo simplicitas ac φρασεολογία *deprehēditur, quo propius te illius aevi scriptores admoveris, ut in Homero cernere licet, Hesiodo aliisque Ingrediamur modo priorem Syntaxeos Regulam.*

Re-

Regula I.

De Substantivo Nomine.

Admittunt Substantiva Nomina, articulum ה praefixum, sed non omnia indiscriminatim: Nomina propria hominum non admittunt; secus vero illa locorum, aut fluminum, maxime si monosyllaba fuerint, aut bissyllaba ut אֶת־הָעָ֑י Civitatem *Hai* Jos. VII. 2. הַיַּרְדֵּן *Iarden* fluvius, idest Jordanes. Nomina item Appellativa admittunt, modo in forma constructa nō sint, aut conjuncta cum suffixis appareant ut וְעֵץ הַדַּעַת טוֹב *Et arbor scientiae boni*. Aliquod tamen reperitur exemplum hisce praeceptionibus contrarium. Adjectiva autem & recipiendi facultatem habēt, & abjiciendi pro eorum arbitrio.

Reliqua obliquorum casuum signa, quum non semper Nominibus prae-

praeponantur, ansam praebuere, ut per antiptosin unus pro altero casus adhiberetur, ut in illo 2. Cor. VIII. 23. apparet: *Sive pro Tito .... sive fratres nostri*, quum dicere debuisset, *pro fratribus nostris*.

Substantivum Nomen exprimitur nonnunquam per Infinitivum, ut, penes latinos: *amare tuum*, pro *amor tuus*. Sic עֲשֹׂה סֵטִים שָׂנֵאתִי *Facere declinantium odi*, Psal. CI. 3. pro מַעֲשֵׂה סֵטִים *factum opus declinantium*. (a)

In substantivo Nomine advertitur repetitio, quae vel fit dum est substantivum singulare aut plurale in statu absoluto, vel dum est in statu regiminis. Si in absoluto fiat repetitio, & in numero unitatis, modo *emphasim* indicabit; modo *dolo-*

rem

(a) 2. Reg. XIX. 27. Et sedere tuum, & egredi tuum, & venire tuum novi, & commoveri te contra me: idest Habitaculum tuum (ut nostra latina habet) & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego praescivi, & furorem tuum contra me.

rem , aut *amorem* ; modo alicujus Hominis *appellationem* , sive rei de qua agitur *auxesin* : Exempla haec sint צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף Deuteron. XVI. 20. Justitiam justitiam (inquam) sectaberis ; Quod si pluries repetatur , longe major indicabitur orationis vehementia , ut אֶרֶץ אֶרֶץ אֶרֶץ Terra , Terra , Terra , Jerem. XXII. 29. Idem VII. 4. Templum Domini , templum Domini , templum Domini sunt . *Doloris.* ut רֹאשִׁי רֹאשִׁי 4.Reg.VI.19. Caput meum doleo , caput meum doleo. Sic vulgata Hebraicum reddit, quod vividius Italice redderetur: Il mio capo , il mio capo ahi quanto mi duole. Ita Davidicum illud de interfecto Absalome . Ahi figlio mio Assalonne , ahi figlio mio אַבְשָׁלוֹם בְּנִי בְנִי : *Amoris* , ut illud Psal. XXII. 2. אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי

עֲזַבְתָּנִי Caro mio Dio; Dio mio, perche mi hai tu abbandonato? Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me? *Appellationis*, ut אַבְרָהָם אַבְרָהָם Gen. XXII. 11. Clamavit ad eum Angelus Domini dicens *Abraham Abraham*; sic Moses Moses, Samuel Samuel; Jacob Jacob, cetera. *Rei auxesin*, auget enim significationem rei, quocumque illa vergat, vel ad parvitatem, vel ad magnitudinem; sic וְהַנַּעַר נָעַר 1. Reg. I. 24. Et Puer Et puer, ideſt puer Samuel erat ex toto puer; Fanciullino affatto.

Praeter allatas, ſubſtantivi in ſingulari numero repetiti, ſignificationes, haec alia in Scripturis multo frequentiſſima occurrit, nempe *diſtributio*; ſic faciebant גּוֹי גּוֹי אֱלֹהָיו Gens gens Deos ſuos, ideſt ſingulae Gentes faciebant ſibi Deos 2. Reg. XVII.

XVII. 29. sic וְאוֹתִי יוֹם יוֹם יִדְרֹשׁוּן Esai. LVIII. 2. me quotidie exquirent; sic אִישׁ אִישׁ *vir vir*, ideſt *quilibet vir*, *vel quiſque* (*). Sin autem conjunctio ו intercedat, tum rei diverſitas ſignificatur, ut אִישׁ וָאִישׁ; בְּדוֹר וָדוֹר; בְּלֵב וָלֵב Diverſi generis viri; In diverſis & plurimis generationibus; In diverſo corde, quorum alterum in ore, alterum vero in pectore; Illud igitur ſibi vult *vir & vir*, *in generatione & generatione*, *in corde & corde*, *in progenie & progenie* &c. Sic quoque ſi repetitio fiat in diverſo genere, vel numero מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה Eſa. III. 1. *Scipionem & Scipionem*, hunc & illum; metaphorice accipitur de nutriendi facultate tam panis, quam vini, ſic שָׂרִים וְשָׂרוֹת שִׁדָּה וְשִׁדּוֹת Ec-

(*) *Accipe ab illis virgam, virgam* Num. XVII. 2. ideſt ſingulas virgas. Et Gen. XXXII. 16. *Gregem gregem ſolum ipſum*, ideſt quemque gregem ſeorſum. Et Numer. XXVIII. 31. *Decimam decimam parato*, ideſt ſingulas decimas. Et Gen. VII. 9. *Duo duo ingreſſa ſunt*, ideſt bina; ſicque de aliis.

Eccles. II. 8. *Symphoniam & symphonias, cantores & cantatrices*, ideſt omnis generis ſymphonias, varioſque cantores. Si כּל conjunctionem ו praecedat, tum non rei diverſitas, ſed diſtributio exprimitur, ut in Eſtheris libro. בְּכָל־דּוֹר וָדוֹר מִשְׁפָּחָה וּמִשְׁפָּחָה מְדִינָה וּמְדִינָה וְעִיר וָעִיר *In omni generatione & generatione, familia & familia, Provincia & Provincia, et Civitate et Civitate*, ideſt: *in ſingulis generationibus, familiis* &c. Sic בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה *in omni anno et anno*, ideſt *quolibet anno*.

In ſtatu abſoluto ſubſtantivum ſed numero multitudinis repetitum, multitudinem majorem indicabit, ut *Vallis Siddim erat putei putei bituminis* בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר Geneſ. XIV. 10. ideſt puteos plurimos habebat bituminis. Sic Joël. III. 14. הֲמוֹנִים

הֲמֹנִים הֲמֹנִים *Turbae turbae*, ideſt maxima multitudo populorum (*).

In Regimine vero geminatum, miram notat excellentiam, atque etiam rei de qua agitur auxeſin, ut אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים וַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Deus Deorum, & Dominus Dominorum*, Deut. X. 17. ideſt *Summus Deus & Dominus*. Sic Exod. XXVI. 33. קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *Sanctum Sanctorum*, ideſt *Sanctiſſimum*. עֶבֶד עֲבָדִים *Servus Servorum* Gen. IX. 25. ideſt *ſumma & viliſſima ſervitute preſſus* (**).

Idem erit de regimine duorum Synoni-

(*) *Et colligebat eos acervos acervos*, Exod. VIII. 14. ideſt acervatim, per multos acervos. *Fac Torrentem hunc foveas foveas* 4. Reg. III. 16. ideſt fac in eo plurimas foveas. *Propter plauſus plauſus*, Jud. V. 22. ideſt propter multiplicem plauſum. *Tribus tribus Domini*, ideſt omnes tribus. Pſal. CXXI. ſic apud Marc. VI. 39. & juſſit ipſis, ut omnes recumberent συμπόσια συμπόσια *convivia convivia*, ideſt per plurimas convivantium atque accubentium claſſes. Ibid. verſ. 40. πρασιαὶ πρασιαὶ *areolae areolae*, ideſt areolatim.

(**) Princeps Principum Levitarum Num. III. 32. Caeli caelorum 3. Reg. VIII. 27. Sanctitas Sanctitatum, Levit. XXIV. 9. Canticum canticorum, Jer. VI. 26. Vanitas vanitatum, Eccleſ. I. 2. Malitia malitiae, Hoſ. X. 15. Fundatio Fundationis, Jeſ. XXVIII. 16. Flamma flammae, Ezech. XXI. 3. Lamentum lamenti, Mich. II. 4. Sabbathum Sabbathi, Exod. XXXI. 15. In ſecula ſeculorum, Apoc. I. 6.

nonimorum, ut Psal. XL. 3. מִטִּיט הַיָּוֵן *e luto coeni*, ideſt e luto plane coenoſo. יְהֹוָה מְנָת חֶלְקִי *Dominus pars partis meae* Psal. XVI. 5. hoc eſt *omnimoda pars mea*.

REGULA II.

De Conjunctione duorum Nominum Substantivorum.

SUbſtantivum in priori Reg. conſideravimus tam ſolum, quam repetitum; conſiderabimus nunc ut conjunctum cum altero: Quae quidem conjunctio duplici fronte ſpectari poteſt; vel unum ſubſtantivum alteri conjungitur uberioris explicationis cauſa; vel cauſſa tantum relationis: ſi primum, & tunc per Appoſitionem, ſeu ſatius dixerim per Ellipſin (*), ambo illa ſubſtantiva eum-

(*) Per Ellipſin dixi, nam quae in vulgus eſt Appoſitio, quid aliud eſt, quam ellipſis ſubſtantivi verbi, ut Nova methodus peroptime in ejus ſecundo tomo obſervat; dum enim dicimus *Urbs Athenae*; *Terra Graecia*, *Terra Italia*, *Anna ſoror*, intelligere volumus, Urbs quae dicitur Athenae, Terra quae dicitur Graecia, Italia, &c. Anna quae eſt ſoror,

eumdem repetent casum; etiamsi numero discrepent, aut genere: ut 2. Reg. III. 18. בְּיַד דָוִד עַבְדִּי Per manum *Davidis servi mei*. 2. Reg. XX. 3. נָשִׁים פִּלַגְשִׁים *mulieres concubinae*. & passim אֶרֶץ יְהוּדָה *Terra Judaea* (*f*).

Discrepantia numeri, ut עִיר יְרוּשָׁלַיִם *Vrbs Jerusalem*. אֶרֶץ מִצְרַיִם *Terra Aegyptus*: obviae sunt in Scriptura hae locutiones; maxime vero si unum ex hisce tribus Nominibus alteri adhaereat substantivo, אָדוֹן scilicet, אֱלֹהִים, בַּעַל, quae tria, multitudinis numero efferuntur ad summam Personae auctoritatem dignitatemque commonstrandam, ut Gen. XLII. 30. הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ *Vir ille Domini* (plur.) *terrae istius*, pro אָדוֹן *Dominus*, siquidem

(*f*). Talia sunt penes Graecos & Latinos ἄνδρες ἀδελφοί *viri fratres* Actor. II. 29. & vers. 14. ἄνδρες ἰουδαῖοι *viri Judaei*, & vers. 22. ἄνδρες Ἰσραηλῖται *Viri Israelitae*. Et apud Agellium l. 3. c. 9. *Terra Graecia*. & apud M. Catonem in Orat. de Achcis; *quum que Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret*.

dem de uno Josepho ibi verba fiunt. Sic Gen. XL. 1. לַאֲדֹנֵיהֶם לְמֶלֶךְ *Dominis suis Regi*, pro לַאֲדֹנוֹ *Domino suo*, ibid. II. 5. יְהוָה אֱלֹהִים *Dominus Dii*, pro אֱלֹהַּ *Deus*. Jes. LIV. 5. בֹעֲלַיִךְ עֹשַׂיִךְ *Conjuges tui, factores tui*, pro *Conjux tuus, opifex tuus*. Dictum enim est de uno & vero Deo. Discrepantia autem sexus, ut Psal. XXXVIII. 23. אֲדֹנָי תְּשׁוּעָתִי *Domine salus mea*, & Psal. XXXI. 4. כִּי־סַלְעִי וּמְצוּדָתִי אָתָּה *Quoniam tu*(masc.)*petra mea, et munitio* (fem.) *mea*; cetera.

Si casus, quem duo illa substantiva repetent, rectus non sit, sed obliquus cum aliquo praecedente articulo, vel etiam rectus cum praefixo aliquo, illud praefixum mira cum elegantia, nec non ille articulus non tantum praefigitur substantivo priori, sed etiam posteriori, ut Gen. XXXII. 18. לְעַבְדְּךָ

לְעַבְדְּךָ לְיַעֲקֹב *servi tui Jacobi*; 2. Reg. VII. 7. אֶת־עַמִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל *Populum meum Iſraëlem*. atque alibi כְּעַמְּךָ כְּיִשְׂרָאֵל *Quis ſicut Populus meus* (ſicut) *Iſraël*. & 2. Reg. XVIII. 12. בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם *In Puerum iſtum* (in) *Abſcialomum*. (*)

Si ſubſtantivorum conjunctio fiat tantum cauſſa relationis, tunc alterum ſubſtantivum de quo prius dicitur, conſtituetur in genitivo apud Latinos, apud Hebraeos vero prius ſubſtantivum in ſtatu Regiminis erit: evenietque tripliciter, vel per notam vocalium, litterarumq; mutationem, vel abjectionem, ut in priori Grammatices parte actum eſt; vel per regimen Infinitivi, tanquam nomen genetivi caſus; vel etiam quum ſubſtantiva verbalia ſive abſoluta, ſi-

ve l

(*) Ejuſmodi loquutionibus redundat cum primis Graeca lingua: ſic Anacreon Odario IX. πρὸς παῖδα πρὸς Βαθύλλον, & XII. τὰ πάρτα σὺ τὰ χῶρα. & Theocriti, ut ferunt, Idyllio in mortuum Adonidem τὸν ἄνδρα τὸν καλόν σευ, quum ſuffeciſſet unum πρὸς, unum τὰ, & unum τὸν.

ve constructa, casum verbi sui eleganter regant; vel per copulam וְיֵשׁ; vel demum per Pronomen. Exempla rem facient clariorem.

Et primo per vocalium, litterarumque mutationem, ut תּוֹרַת הַמֶּלֶךְ *Lex Regis* a תּוֹרָה; דִּבְרֵי הַמֶּלֶךְ *Verba Regis* a דְּבָרִים. Nec infrequenter hac ratione posteriora substantiva assumunt aliquam ex his litteris ב, ל, ם ut כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *secundum laetitiam in messe* Jes. IX. 3. idest *messis*, qualis tempore messis agitari solet. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *montes in Gilboah*, idest Gilboae 2. Reg. I. 21. שִׁיר לַמַּעֲלוֹת *Canticum gradibus* Psal. CXXI. 1. pro *Graduum* (*). חֲזִיר מִיַּעַר *Aper de Sylva* Psalm. LXXIX. 4. pro *Sylvae*. חֵמַת מַיִן *utre*

(*) Articulus *Lamed* quum nota sit Dativi casus, Dativum etiam possessionis indicabit; carent enim Hebraei signo peculiari casus gignendi; habent Rabbini *scel*, uti nostis; at in Scriptura in usu hic non est, ideoque pro Genitivo Dativum possessionis usurpant, ut penes Gallos usurpatum videmus, atque Italos: Dicunt enim Galli *a qui est cette maison? c'est a lui*, di chi è questa casa? è di lui; & Itali *vestito a bruno* pro *vestito di bruno*.

utre de vino Hoſ. VII. 5. pro *vini*.

Participia maxime pluralia ad ſubſtantivorum normam eorum puncta commutando, genitivum quoq; regunt, qui latine per caſum verbi, unde ſunt Participia efformata, exprimitur, ut הַשֹּׁכְנִי בָּאֳהָלִים *Habitatores in Tabernaculis* Jud. VIII. 11. hoc eſt *Habitatores Tabernaculorum*. גְּמוּלֵי מֵחָלָב עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם *depulſi a lacte, avulſi ab uberibus* Jeſ. XXVIII. 9. quaſi dicas *lactis, uberum*. רֹאֵי פְּנֵי הַמֶּלֶךְ *Inſpectores faciem Regis* Eſth. I. 4. quaſi dicas *inſpectores faciei Regis*. (*)

Secundo per regimen verbi Infinitivi, tamquam nomen genitivi caſus. כִּימֵי צֵאתְךָ *juxta dies egredi te*, Mich. VII. 15. quaſi dicas *egreſſio-*

(*) *Inter invocantes nomen ejus*, Pſal. XCIX. 6. quaſi dicas inter invocatores nominis ejus. *Omnibus ingredientibus portam civitatis ſuae*, Exod. XXIII. 10. quaſi dicas ingreſſoribus portae. Sic etiam in ſingulari numero: *Jaculans arcu* Jer. IV. 24. ideſt jaculator arcus. *Paſcens oves* Gen. IV. 2. ideſt Paſtor ovium, cetera.

re qui vel ut difficilem Hebraicam aversantur; vel ut super vacaneam abhorrent, quorum quidem peccata, nisi hanc perdidicerint Linguam subhinde, Venusini verbis ut utar, l.1.od.28. piacula nulla resolvent

DE SYNTAXI.

Duo de viginti Regulis tota complectitur Syntaxis; de aliquot primum agemus Orationis partibus singillatim juxta illam dicendi singularem rationem, quam variis in locis Scriptura utitur, tum conjunctim, ut illarum conspiciatur nexus, & structura peculiaris Hebraeorum. Exempla identidem usurpavimus aliorum idiomatum; puta Graecorum, Romanorum, Italorum, cetera; non tam ut Hebraicae Syntaxeos usum hujusmodi confirmaremus exemplis, sed potius demonstrandi ergo aliorum idiomatum structuram ab Syntaxi Hebraica depromtam; decurrunt enim ex fonte Hebraico, utpote aliis linguis antiquior, institutiones & praecepta ad ceteras Linguas; eoque magis Hebraeorum in dicendo simplicitas ac φρασεολογία *deprehenditur, quo propius te illius aevi scriptores admoveris, ut in Homero cernere licet, Hesiodo aliisque Ingrediamur modo priorem Syntaxeos Regulam.*

Re-

Regula I.

De Subſtantivo Nomine.

Admittunt Subſtantiva Nomina, articulum ה praefixum, ſed non omnia indiſcriminatim: Nomina propria hominum non admittunt; ſecus vero illa locorum, aut fluminum, maxime ſi monoſyllaba fuerint, aut biſſyllaba ut אֶת־הָעָי Civitatem *Hai* Joſ. VII. 2. הַיַּרְדֵּן *Iarden* fluvius, ideſt Jordanes. Nomina item Appellativa admittunt, modo in forma conſtructa nō ſint, aut conjuncta cum ſuffixis appareant ut וְעֵץ הַדַּעַת טוֹב *Et arbor ſcientiae boni*. Aliquod tamen reperitur exemplum hiſce praeceptionibus contrarium. Adjectiva autem & recipiendi facultatem habēt, & abjiciendi pro eorum arbitrio.

Reliqua obliquorum caſuum ſigna, quum non ſemper Nominibus

praeponantur, ansam praebuere, ut per antiptosin unus pro altero casus adhiberetur, ut in illo 2. Cor. VIII. 23. apparet: *Sive pro Tito .... sive fratres nostri*, quum dicere debuisset, *pro fratribus nostris*.

Substantivum Nomen exprimitur nonnunquam per Infinitivum, ut penes latinos: *amare tuum*, pro *amor tuus*. Sic עֲשֹׂה סֵטִים שָׂנֵאתִי *Facere* declinantium odi, Psal. CI. 3. pro מַעֲשֵׂה סֵטִים *factum opus* declinantium. (a)

In substantivo Nomine advertitur repetitio, quae vel fit dum est substantivum singulare aut plurale in statu absoluto, vel dum est in statu regiminis. Si in absoluto fiat repetitio, & in numero unitatis, modo *emphasim* indicabit; modo *dolorem*

(a) 2. Regq. xix. 27. Et sedere tuum, & egredi tuum, & venire tuum novi, & commoveri te contra me: idest Habitaculum tuum (ut nostra latina habet) & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego praescivi, & furorem tuum contra me.

rem , aut *amorem* ; modo alicujus Hominis *appellationem* , sive rei de qua agitur *auxesin* : Exempla haec sint צֶדֶק צֶדֶק תִּרְדֹּף Deuteron. XVI. 20. Justitiam justitiam (inquam) sectaberis ; Quod si pluries repetatur , longe major indicabitur orationis vehementia , ut אֶרֶץ אֶרֶץ אָרֶץ Terra , Terra , Terra , Jerem. XXII. 29. Idem VII. 4. Templum Domini , templum Domini , templum Domini sunt . *Doloris.* ut רֹאשִׁי רֹאשִׁי 4.Reg.VI.19. Caput meum doleo , caput meum doleo . Sic vulgata Hebraicum reddit,quod vividius Italice redderetur: Il mio capo , il mio capo ahi quanto mi duole . Ita Davidicum illud de interfecto Absalome . Ahi figlio mio Assalonne , ahi figlio mio בְּנִי בְנִי אַבְשָׁלוֹם : *Amoris* , ut illud Psal. XXII. 2. אֵלִי אֵלִי לָמָה עֲזַבְתָּנִי

k

עֲזַבְתָּנִי Caro mio Dio; Dio mio, perche mi hai tu abbandonato? Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me? *Appellationis*, ut אַבְרָהָם אַבְרָהָם Gen. XXII. 11. Clamavit ad eum Angelus Domini dicens *Abraham Abraham*; sic Moses Moses, Samuel Samuel, Jacob Jacob, cetera. *Rei auxesin*, auget enim significationem rei, quocumque illa vergat, vel ad parvitatem, vel ad magnitudinem; sic וְהַנַּעַר נָעַר 1.Reg. I. 24. Et Puer Et puer, ideft puer Samuel erat ex toto puer; Fanciullino affatto.

Praeter allatas, substantivi in singulari numero repetiti, significationes, haec alia in Scripturis multo frequentissima occurrit, nempe *distributio*; sic faciebant גּוֹי גּוֹי אֱלֹהָיו Gens gens Deos suos, ideft singulae Gentes faciebant sibi Deos 2. Reg. XVII.

XVII 29. sic וְאוֹתִי יוֹם יוֹם יִדְרשׁוּן Esai. LVIII 2. me quotidie exquirent; sic אִישׁ אִישׁ *vir vir*, ideſt *quilibet vir*, *vel quiſque* (*). Sin autem conjunctio ו intercedat, tum rei diverſitas ſignificatur, ut אִישׁ וְאִישׁ; בְּדוֹר וָדוֹר; בְּלֵב וָלֵב Diverſi generis viri; In diverſis & plurimis generationibus; In diverſo corde, quorum alterum in ore, alterum vero in pectore; Illud igitur ſibi vult *vir & vir*, *in generatione & generatione*, *in corde & corde*, *in progenie & progenie* &c. Sic quoque ſi repetitio fiat in diverſo genere, vel numero מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֵנָה Eſa. III. 1. *Scipionem & Scipionem*, hunc & illum; metaphorice accipitur de nutriendi facultate tam panis, quam vini, ſic שָׂרִים וְשָׂרוֹת שָׂרָה וְשָׂרוֹת

Ec- k 2

(*) *Accipe ab illis virgam, virgam* Num. XVII. 2. ideſt ſingulas virgas. Et Gen. XXXII. 16. *Gregem gregem ſolum ipſum*, ideſt quemque gregem ſeorſum. Et Numer. XXVIII. 31. *Decimam decimam parato*, ideſt ſingulas decimas. Et Gen. VII. 9. *Duo duo ingreſſa ſunt*, ideſt bina; ſicque de aliis.

Ecclef. II. 8. *Symphoniam & fymphonias*, *cantores & cantatrices*, ideft omnis generis fymphonias, variofque cantores. Si כ״ל conjunctionem ו praecedat, tum non rei diverfitas, fed diftributio exprimitur, ut in Eftheris libro. בְּכָל־ דּוֹר וָדוֹר מִשְׁפָּחָה וּמִשְׁפָּחָה מְדִינָה וּמְדִינָה וְעִיר וָעִיר *In omni generatione & generatione*, *familia & familia*, *Provincia & Provincia*, *et Civitate et Civitate*, ideft: *in fingulis generationibus*, *familiis* &c. Sic בְּכָל־שָׁנָה וְשָׁנָה *in omni anno et anno*, ideft, *quolibet anno*.

In ftatu abfoluto fubftantivum fed numero multitudinis repetitum, multitudinem majorem indicabit; ut *Vallis Siddim erat putei putei bituminis* בֶּאֱרֹת בֶּאֱרֹת חֵמָר Genef. XIV. 10. ideft puteos plurimos habebat bituminis. Sic Joël. III. 14. הֲמוֹנִים

הַמֹּנִים הַמֹּנִים *Turbae turbae*, ideſt maxima multitudo populorum (*).

In Regimine vero geminatum, miram notat excellentiam, atque etiam rei de qua agitur auxeſin, ut אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים וַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Deus Deorum, & Dominus Dominorum*, Deut. X. 17. ideſt *Summus Deus & Dominus*. Sic Exod. XXVI. 33. קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים *Sanctum Sanctorum*, ideſt *Sanctiſſimum* עֶבֶד עֲבָדִים *Servus Servorum* Gen. IX. 25. ideſt *ſumma & viliſſima ſervitute preſſus* (**).

Idem erit de regimine duorum Synoni-

(*) *Et colligebat eos acervos acervos*, Exod. VIII. 14. ideſt acervatim, per multos acervos. *Fac Torrentem hunc foveas foveas* 4. Reg. III. 16. ideſt fac in eo plurimas foveas. *Propter plauſus plauſus*, Jud. V. 22, ideſt propter multiplicem plauſum. *Tribus tribus Domini*, ideſt omnes tribus. Pſal. CXXI. ſic apud Marc. VI. 39. & juſſit ipſis, ut omnes recumberent συμπόσια συμπόσια *convivia convivia*, ideſt per plurimas convivantium atque accubentium claſſes. Ibid. verſ. 40. πρασιαὶ πρασιαὶ *areolae areolae*, ideſt areolatim.

(**) Princeps Principum Levitarum Num. III. 32. Caeli caelorum 3. Reg. VIII. 27. Sanctitas Sanctitatum, Levit. XXIV. 9. Canticum canticorum, Jer. VI. 26. Vanitas vanitatum, Eccleſ. I. 2. Malitia malitiae, Hoſ. X. 15. Fundatio Fundationis, Jeſ. XXVIII. 16. Flamma flammae, Ezech. XXI. 3. Lamentum lamenti, Mich. II. 4. Sabbathum Sabbathi, Exod. XXXI. 15. In ſecula ſeculorum, Apoc. I. 6.

nonimorum, ut Psal. XL. 3. מִטִּיט הַיָּוֵן *e luto coeni*, ideſt e luto plane coenoſo. יְהוָה מְנָת חֶלְקִי *Dominus pars partis meae* Psal. XVI. 5. hoc eſt *omnimoda pars mea*.

REGULA II.

De Conjunctione duorum Nominum Subſtantivorum.

SUbſtantivum in priori Reg. conſideravimus tam ſolum, quam repetitum; conſiderabimus nunc ut conjunctum cum altero: Quae quidem conjunctio duplici fronte ſpectari poteſt; vel unum ſubſtantivum alteri conjungitur uberioris explicationis cauſsa; vel cauſſa tantum relationis: ſi primum, & tunc per Appoſitionem, ſeu ſatius dixerim per Ellipſin (*), ambo illa ſubſtantiva eum-

(*) Per Ellipſin dixi, nam quae in vulgus eſt Appoſitio, quid aliud eſt, quam ellipſis ſubſtantivi verbi, ut Nova methodus peroptime in ejus ſecundo tomo obſervat; dum enim dicimus *Urbs Athenae*; *Terra Graecia*, *Terra Italia*; *Anna ſoror*; intelligere volumus, Urbs quae dicitur Athenae, Terra quae dicitur Graecia, Italia, &c. Anna quae eſt ſoror,

eumdem repetent casum; etiamsi numero discrepent, aut genere: ut 2. Reg. III. 18. בְּיַד דָּוִד עַבְדִּי Per manum *Davidis servi mei*. 2. Reg. XX. 3. נָשִׁים פִּלַגְשִׁים *mulieres concubinae*. & passim אֶרֶץ יְהוּדָה *Terra Judaea* (*f*).

Discrepantia numeri, ut עִיר יְרוּשָׁלַיִם *Vrbs Jerusalem*. אֶרֶץ מִצְרַיִם *Terra Aegyptus*: obviae sunt in Scriptura hae locutiones; maxime vero si unum ex hisce tribus Nominibus alteri adhaereat substantivo, scilicet, אָדוֹן, אֱלֹהִים, בַּעַל, quae tria, multitudinis numero efferuntur ad summam Personae auctoritatem dignitatemque commonstrandam, ut Gen. XLII. 30. הָאִישׁ אֲדֹנֵי הָאָרֶץ *Vir ille Domini* (plur.) *terrae istius*, pro אָדוֹן *Dominus*, siquidem

(*) Talia sunt penes Graecos & Latinos ἄνδρες ἀδελφοί *viri fratres* Actor. II. 29. & vers. 14. ἄνδρες ἰουδαῖοι *viri Judaei*, & vers. 22. ἄνδρες Ἰσραηλῖται *Viri Israelitae*. Et apud Agellium l. 3. c. 9. *Terra Graecia*. & apud M. Catonem in Orat. de Acheis; *quum que Annibal terram Italiam laceraret atque vexaret*.

dem de uno Josepho ibi verba fiunt. Sic Gen. XL. 1. לַאֲדֹנֵיהֶם לְמֶלֶךְ *Dominis suis Regi*, pro לַאֲדֹנוֹ *Domino suo*, ibid. II. 5. יְהוָה אֱלֹהִים *Dominus Dii*, pro אֱלֹהַּ *Deus*. Jes. LIV. 5. בֹּעֲלַיִךְ עֹשַׂיִךְ *Conjuges tui, factores tui*, pro *Conjux tuus, opifex tuus*. Dictum enim est de uno & vero Deo. Discrepantia autem sexus, ut Psal. XXXVIII. 23. אֲדֹנָי תְּשׁוּעָתִי *Domine salus mea*, & Psal. XXXI. 4. כִּי־סַלְעִי וּמְצוּדָתִי אָתָּה *Quoniam tu*(masc.)*petra mea, et munitio* (fem.) *mea*; cetera.

Si casus, quem duo illa substantiva repetent, rectus non sit, sed obliquus cum aliquo praecedente articulo, vel etiam rectus cum praefixo aliquo, illud praefixum mira cum elegantia, nec non ille articulus non tantum praefigitur substantivo priori, sed etiam posteriori, ut Gen. XXXII. 18. לְעַבְדְּךָ

לְעַבְדְּךָ לְיַעֲקֹב *ſervi tui Jacobi*; 2. Reg. VII. 7. אֶת־עַמִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל *Populum meum Iſraëlem*. atque alibi כְּעַמְּךָ כְּיִשְׂרָאֵל *Quis ſicut Populus meus* (ſicut) *Iſraël*. & 2. Reg. XVIII. 12. בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם *In Puerum iſtum* (in) *Abſcialomum*. (*)

Si ſubſtantivorum conjunctio fiat tantum cauſſa relationis, tunc alterum ſubſtantivum de quo prius dicitur, conſtituetur in genitivo apud Latinos, apud Hebraeos vero prius ſubſtantivum in ſtatu Regiminis erit: evenietque tripliciter, vel per notam vocalium, litterarumq; mutationem, vel abjectionem, ut in priori Grammatices parte actum eſt; vel per regimen Infinitivi, tanquam nomen genetivi caſus; vel etiam quum ſubſtantiva verbalia ſive abſoluta, ſive

l

(*) Ejuſmodi loquutionibus redundat cum primis Graeca lingua: ſic Anacreon Odario IX. πρὸς παῖδα πρὸς βαθύλλον, & XII. τὰ ταρσὰ σὺ τὰ κοῦφα. & Theocriti, ut ferunt, Idyllio in mortuum Adonidem τὸν ἄνδρα τὸν καλὸν σειο, quum ſuffeciſſet unum πρὸς, unum τὰ, & unum τόν.

ve constructa, casum verbi sui eleganter regant; vel per copulam וָ״ו; vel demum per Pronomen. Exempla rem facient clariorem.

Et primo per vocalium, litterarumque mutationem, ut תּוֹרַת הַמֶּלֶךְ *Lex Regis* a תּוֹרָה; דִּבְרֵי הַמֶּלֶךְ *Verba Regis* a דְּבָרִים. Nec infrequenter hac ratione posteriora substantiva assumunt aliquam ex his litteris ב, ל, ם ut כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *secundum laetitiam in messe* Jes. IX. 3. idest *messis*, qualis tempore messis agitari solet. הָרֵי בַגִּלְבֹּעַ *montes in Gilboah*, idest Gilboae 2. Reg. I. 21. שִׁיר לַמַּעֲלוֹת *Canticum gradibus* Psal. CXXI. 1. pro *Graduum* (*), חֲזִיר מִיַּעַר *Aper de Sylva* Psalm. LXXIX. 4. pro *Sylvae*. חֲמַת מִיַּיִן

utre

(*) Articulus *Lamed* quum nota sit Dativi casus, Dativum etiam possessionis indicabit; carent enim Hebraei signo peculiari casus gignendi; habent Rabbini *scel*, uti nostis; at in Scriptura in usu hic non est, ideoque pro Genitivo Dativum possessionis usurpant, ut penes Gallos usurpatum videmus, atque Italos: Dicunt enim Galli *a qui est cette maison? c' est a lui*, di chi è questa casa? è di lui; & Itali *vestito a bruno* pro *vestito di bruno*.

utre de vino Hos. VII. 5. pro *vini*.

Participia maxime pluralia ad substantivorum normam eorum puncta commutando, genitivum quoq; regunt, qui latine per casum verbi, unde sunt Participia efformata, exprimitur, ut הַשֹּׁכְנִי בָּאֳהָלִים *Habitatores in Tabernaculis* Jud. VIII. 11. hoc est *Habitatores Tabernaculorum*. גְּמוּלֵי מֵחָלָב עַתִּיקֵי מִשָּׁדָיִם *depulsi a lacte, avulsi ab uberibus* Jes. XXVIII. 9. quasi dicas *lactis, uberum*. רֹאֵי פְּנֵי הַמֶּלֶךְ *Inspectores faciem Regis* Esth. I. 4. quasi dicas *inspectores faciei Regis*. (*)

Secundo per regimen verbi Infinitivi, tamquam nomen genitivi casus. כִּימֵי צֵאתְךָ *juxta dies egredi te*, Mich. VII. 15. quasi dicas *egressio-*

(*) *Inter invocantes nomen ejus*, Psal. XCIX. 6. quasi dicas inter invocatores nominis ejus. *Omnibus ingredientibus portam civitatis suae*, Exod. XXIII. 10. quasi dicas ingressoribus portae. Sic etiam in singulari numero: *Jaculans arcu* Jer. IV. 24. idest jaculator arcus. *Pascens oves* Gen. IV. 2. idest Pastor ovium, cetera.

sionis tuae; sic Ruth. I. 1. בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים *In diebus judicare judices*, q. d. *judicationis judicum.* Itemque cum Participiis, ut אֹהֲבֵי לָנוּם *amantes dormitare* Jes. LVI. 10. q. d. *amatores dormitationis*, &c.

Tertio, quum substantiva verbalia tam constructa, quam absoluta casum verbi sui eleganter regant; ut Jes. XI. 9. כִּי מָלְאָה הָאָרֶץ דֵּעָה אֶת־יְהוָה *Nam plena erat terra haec cognitione Dominum.*

Si praeter casum verbi, quem regunt hujusmodi verbalia substantiva, aliquod aliud nomen, aut affixum pronomen conspiciatur, ellipsis necessario intercedit, ut כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת־סְדוֹם *Secundum subversionem Dei Sodomam*, Jes. XIII. 19. per ellipsin desideratur Pronomen אֲשֶׁר, & verbum nominis, supple אֲשֶׁר הָפַךְ *qua subvertit* Sodomam; sic

sic בְּאַהֲבָתוֹ אֹתָהּ *Propter amorem ejus eam*, Gen. XXIX. 9. supple אֲשֶׁר אָהֵב *quo dilexit eam*. Si haec substantiva verbalia habeant ל praefixum, ut לְיִרְאָה אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ per Gerundium illa efferri oportet: *Ad timendum Dominum Deum tuum* Deut. X. 12. וּלְאַהֲבָה אֹתוֹ *& ad amandum ipsum*, pro *ad timorem Dominum Deum tuum*, *& ad amorem illum*; etsi יִרְאָה *timor*, & אַהֲבָה *amor*, sint pura nomina, non autem infinitivi verborum, e quibus gerundia in *dum* emergi possent adjectione τῆς ל. ut sup. pag. 49. prioris partis Grammaticae.

Quarto, per gignendi casum quoque exponitur substantivum secundum, quoties particulam ו praepositam habeat, ut Gen. I. 14. וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים וּלְיָמִים וְשָׁנִים׃ Et sint in signa, & in tempora, & in dies

dies, & in annos: ita ejus explicatio esset verbo verbum appendendo; verum reapse explicari debet: *& sint in signa temporum, dierum, & annorum* (*) Hinc colligendum jure est, quod praefigetur mira cum elegantia copula ו alteri substantivo, quando ei tribuere vellemus genetivi casus significantiam.

Quinto demum, in gignendi casu reputabimus illud substantivum, quod ipsum scilicet in casu recto ponatur, ejusque vero pronomen in casu genitivo; ut Deus, perfecta est via ejus Psal. XVIII. 31. הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ, idest *perfecta est via Dei*. (**) Perbellulam

(*) Multiplicabo dolorem, & conceptum tuum Gen. III. 16; idest *dolorem conceptus tui*. & Jerem. XXXVI. 27. Postquam Rex combusserat volumen & verba, idest *volumen verborum*. Novum Testamentum ejusmodi ellenismis ubique redundat; ut ad Rom. I. 5. Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum, idest *gratiam Apostolatus*. 1. Cor. XI. 7. Vir non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est, idest *imago gloriae Dei*, Act. XXIII. 6. De spe, & resurrectione mortuorum ego judicor, idest *de spe resurrectionis mortuorum*. ut & apud Latinos haud infrequenter occurrit: Virg. Aeneid. I. molemque & montes insuper altos imposuit, idest *molem montium altorum*.

(**) Filii hominum, dentes eorum lancea & sagittae Psal. LVII. 4. idest *dentes filiorum hominum, lancea, et sagittae*. Dominus,

lulam hanc Hebraeorum φρασεολόγιαν imitabimur si nobis erit animus duorum substantivorum alterum in genitivo casu collocare.

Regimen Substantivorum continuatur interdum per plura substantiva deinceps posita, ut וְאֵלֶּה יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם *& illi sunt dies annorum vitae Abrahami*, Gen.XXV. 7. Verum de substantivo hactenus veniamus nunc ad Adjectivum.

REGULA III.

De Adjectivo Nomine:

Adjectivum Nomen multiplici ratione efferri posse apparet (seposita vulgari notione, ut קָדֹשׁ *Sanctus* טוֹב *bonus*, vel illa Parti-

ci-

nus, in Caelo sedes ejus, Psal. XI. 4. idest *sedes Domini in Caelo est*. Homo, sicut foenum dies ejus, Psal. CIII. 15. idest *dies hominis sicut foenum*. Ciconia, abietes sedes ejus, idest *domus Ciconiae sunt abietes*. Psal.CIV. 17. Mercatoris, in manu ejus bilances doli, Ose. XII. 8. idest *bilances dolosae sunt in manu peccatoris*. Ephraim sicut avis avolabit gloria eorum, Ose.IX. 11. idest *gloria Ephraimitarum avolabit sicut avis*. Sapiens, oculi ejus in capite suo, Eccles.II.14. idest *oculi sapientis in capite suo*. Etiam cum Pronominibus. Isai. LIX. 21. Et ego, hoc foedus meum cum eis, idest *foedus mei*, pro *meum* est hoc cum eis, cetera. Verum super hac re vide si lubet Reg. VIII. de Pronomine, super ejus Pleonasmo num. VII.

cipiorum, aut Pronominum) uti essent Nomina substantiva cum praefixo ב vel מ, vel ל, aut sine aliquo praefixo. Nomina substantiva heic appello, nimirum ea, quae sint posteriora aliis substantivis. Adverbia quoque censentur Adjectiva si substantivis adhaereant. Exempla primum sint de substantivis cum praefixo aliquo, ut מַיִם בַּיַּמִּים Gen. I. 22. *Aquae in maribus*, ideſt *marinae*. אַרְיֵה מִיַּעַר *Leo de Sylva*, ideſt *Sylvestris* Jer. V. 6. מִזְמוֹר לְתוֹדָה *Psalmus ad gratiarum actionem* Psal. C. 1. ideſt εὐχαριστικός. In hoc genere Infinitivum subinde pro Adjectivo מִזְמוֹר לְהַזְכִּיר Psalm. XXXVIII. 1. *Psalmus ad commemorandum*, hoc eſt μνεμονευτικὸς *memorialis*; aliaque id genus plurima. (*)

Po-

(*) Cum propositione *Bet*, quae significat *In*, *Inter*, sic, *Achitopel inter conjuratores cum Absciadom* 2. Sam. XV, 31. ideſt conjurans, vel unus conjuratorum. *Dominus in substentantibus animam*

Posteriora substantiva destituta memoratis praefixis; ut איש שכל *Vir ingenii* Esr. VIII. 18. idest *ingeniosus*. איש לשון *Vir linguae* Psal. CXL. 12. idest *m*

mam meam. Psal. LIV. 6. *Moyses & Aharon in Sacerdotibus ejus*. *Samuel in invocantibus nomen ipsius*, Psal. XCIX. 6. *In timore Domini, recedere a malo*, Prov. XVI. 6. idest timor Domini est &c. *Ipse eris in caput, tu autem eris in caudam*; Deut. XXVIII. 44. *Confortamini & estote in viros*, 1. Sam. IV. 9. hoc est viri. *Eruntque in carnem unam*, Gen. II. 24. idest caro una. *Vox Domini in fortitudine, vox Domini in magnificentia*, Psal. XXIV. idest *fortis & magnifica*. *Omnes bestiae in sylva*, Jes. LVI. 9. idest *Sylvestres*. *Vigilia in nocte*, Psal. XC. 4. idest *nocturnae*. *Consiliarius cum intellectu*, 1. Par. XXVI. 14. idest *intelligens*. *Per manus cursorum in equis*, Esth. VIII. 10. idest *equestrium, veredariorum*. *Et in omni opere in agro*, Exod. I. 14. *agresti*. Matth. XXII. 16. *viam Domini in veritate doces*, idest *veram viam Domini doces*. Lucae IV. 32. ἐν ἐξουσίᾳ ἦν ὁ λόγος αὐτοῦ, *in potestate erat sermo ejus*, idest *potens erat*, etc. 1. Tim. II. 7. *Doctor Gentium in fide et veritate*, idest *fidelis et verax*. Petri II. 23. τὴν ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴν *in die delicias*, idest *quotidianas delicias*. Marc. V. 2. Homo ἐν πνεύματι *in spiritu immundo*, idest *habens Spiritum immundum*. 1. Joh. V. 19. *Totus mundus in maligno positus est*, idest *malus est*. Talia apud Latinos, in novissimis, in familiaribus, in sodalibus esse. In meis intimis maximeque necessariis scias esse, sollemnia sunt apud Tullium.

Cum propositione *lamed*, quae significat *Ad*, *In*, cum accusandi casu: ut Isai. IV. 2. *Erit germen Domini ad decorem, et gloriam*, idest *decorum, et gloriosum*. Thren. I. 1. *Princeps*, idest *Praecipua Provinciarum facta est ad tributum*, Vulgata habet *sub tributo*, idest *tributaria*. Joh. VIII. 52. *Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in aeternum*, idest *mortem aeternam*. *Psalmus ad laudandum*, hoc est ἐπαινετικὸς sic *ad deprecandum*, idest εὐκτικὸς. adgratias agendum εὐχαριστικὸς. Sic & apud Latinos *Canes ad venandum*, pro *venatorii*. *Penna ad scribendum*, pro *scriptoria* &c.

Cum praep. *Mem*, quae significat *A. Ex, De*; ut *Eloquar aenigmata ab antiquitate*, idest *antiqua*, Psal. CXLIII. 5. *Ab hominibus e mundo* Psal. XVII. 14. idest *mundanis*. *Panem e caelo* Johan. VI. 31. idest *caelestem*. Psal. XVII. 14. *Homines de mundo*, idest *mundani*. Psal. XVI. 4. *Libamina eorum de sanguine*, idest *sanguinea cruenta*. Rom. III. 26. *Qui sunt ex fide*, idest *fideles*. Rom. IV. 14. *Qui sunt ex circumcisione*, idest *circumcisi*. Rom. II. 18. *Qui sunt ex contentione*, idest *contentiosi*. Sic & Latini *mercenarius de Villa*. Florus. *Poëta de populo*, idest *plebejus* Cic. pro Arch. *Servus a manu, a secretis, a commentariis*. Cum aliis item praepositionibus, ut Psal. LXXXIX. 14. *Tibi brachium cum potentia*, idest *brachium potens*.

ideſt *maledicus*. אִישׁ דָּמִים וּמִרְמָה *vir ſanguinum & fraudis* Pſal. V, 7. ideſt *ſanguinolentus*, *et fraudolentus*. לֶחֶם שְׂעֹרִים *Panis hordeorum*, ideſt *hordeaceus* Jud. VII. 13. Heic Hypallage occurri frequenter ſolet, quum praecedit id quod loco attributi eſt: ut אַשְׁרֵי הָאִישׁ *Beatitates viri* Pſal. I. 1. pro *vir beatitatum*, hoc eſt *Beatus vir*, ſic כֶּסֶף שְׁקָלִים *Argento Syclorum*, Levit. V. 15. pro *Syclis argenti*, hoc eſt *argenteis* (*)

Adverbia ſubſtantivis adhaerentia, ut 1. Reg. XXV. 31. דָּם חִנָּם *ſanguis immerito*, ideſt *innoxius*, & Prov. III. 25. מִפַּחַד פִּתְאֹם *a pavore ſubito*, ideſt *ſubitaneo*. (**)

RE-

(*) *Coctiones oblationis fruſtorum*, Lev. VI. 21. pro *fruſta oblationis cocta*. *Immunditiam hominis*, Levit. VII. 21. pro *Hominem immundiciei*, hoc eſt *immundum*. *Juramentum obligationis* num. XXX. 14. pro *obligatio juramenti*, hoc eſt *juramenta*, *jure jurando firmata*. *Sculptilia Deorum illorum*, Deut. XII. 3. pro *Deos ſculptilium*, hoc eſt *ſculptiles*.

(**) Gen. XXX. 33. *dies cras*. ideſt craſtinus. Prov. XV. 25. *Ad declinandum ab inferno infra*, ideſt inferiori. Zach. XIV. 6. *Omnes Populi circum*, ideſt circumjacentes, vicini. Prov. XXIV. 28. *Ne ſis teſtis temere*, ideſt temerarius, ſine cauſſa, & falſo teſtimonium dicens. Neh. II. 12. *Homines parum mecum*, ideſt pauci.

An

REGULA IV.

De Comparativo, & Superlativo.

COmparativa, & Superlativa ab Adjectivo nomine familiam du-

In N. Testam. Matth. VI. 34. *Dies cras*, idest crastina. Luc. X. 29. *Et quis est meus prope?* idest meus proximus. II. Petr. I. 9. *Oblitus purgationis suorum olim delictorum*, idest veterum. Quod loquutionis genus & Graecis, & Latinis familiarissimum; ab exemplis, utpote in numeris heic supersedeo; ut illud erit Virgilianum: *mihi semper Deus*, pro sempiternus Deus. Sic Terent. *semper lenitas*, idest continua. Plaut. *in navi super*, idest in superiore parte navis &c.

Dedita opera huc comportabo Scripturarum consuetas locutiones pro effictione Adjectivi ex substantivo nomine, prout collecta sunt ab clarissimo viro Josepho Masclef. Psal. II. 9. virga ferri, idest *ferrea* Agg. II. 8. Et venient desideria omnium gentium, idest veniet desideratus cunctis gentibus. Ps. XXXV. 6. sit via illorum tenebrae & lubricum, idest *tenebrosa et lubrica* 2. Reg. XIX. 23. succidam celsitudinem cedrorum ejus, electione abjetum ejus, idest *celsas cedros, & electas abietes*. Gen. XLVI. 34. Abominatio, idest *Abominabilis* Aegyptiis omnis pastor. Ex novo Testamento. Fratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino Eph. V. 8. idest olim *caeci*, *nunc illuminati*. In Epistola ad Rom. *circumcisio* & *praeputium* multoties pro circumcisis, & Gentilibus. Luc. XVI. 15. Quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. Joh. XVII. Sermo tuus veritas est, idest verus. 2. Cor. V. 21. ut efficeremur justitia Dei in ipso, idest *justi*.

Notanda est praesertim haec loquendi ratio cum voce *Isc*, vir, & illius plurali *Anascim*, viri. Sic 1. Sam. XVI. 18. vir belli, idest *bellicosus*. Gen. IX. 20. vir terrae, idest *agricola*. Isai. LIII. 3. vir dolorum, idest *doloribus plenus*. Exod. IV. 10. vir verborum, idest *eloquens*. Job. XI. 2. vir labiorum, idest *loquax*. 1. Reg. II. 26. vir mortis, idest *morte dignus*. Gen. VI. 4. viri nominis, idest *famosi*. Gen. XLVII. 6. viri industriae, idest *industrii*. Psal. CXIX. 24. viri consilii mei, idest consiliarii mei. Isai. XLI. 11. viri contentionis tuae, idest adversarii tui.

Ex duobus substantivis, quorum unum loco adjectivi est, nonnunquam prius est loco adjectivi, nonnunquam vero posterius. Prius Gen. XLV. 22. dedit unicuique mutationes vestium, idest *mutatorias vestes*. Num. XXX. 4. Omne juramentum obligationis; idest omnis obligatio juramento firmata, ex juramento orta. Sam. XVII. 40. Et elegit sibi quinque lubricitates lapidum, idest quinque lubricos lapides. Psal. CXXXIX. 22. Perfectione odii, idest *perfecto odio oderam illos*. Ex Novo Testam. 1. Cor. I. 21. Placuit Deo per stultitiam praedicationis, idest per stultam praedicationem salvos

sa-

ducunt, de varia Adjectivi efformatione ubi egerimus, de ejus conduplicatione in praesentia agendum est, unde Superlativa ipsa emergunt: id igitur caussae fuit quamobrem haec tota occuparetur Regula in Comparativis enucleandis, ac Superlativis.

Com-

facere credentes. Sal. III. 14. ut promissionem Spiritus, idest ut promissum Spiritum acciperemus.

Posterius Psal. XXXI. 3. Esto mihi in petram fortitudinis, idest *fortem*. Prov. V. 19. Cerva gratiarum, idest *gratissima*. Prov. XIV. 5. Testis veritatum, idest *verax*. Sam. I. 11. Semen virorum, idest *virile* Ex N. Testam. Quis me liberabit ex corpore mortis hujus? idest *ex hoc corpore mortali*. Col. I. 3. Filius dilectionis, idest *Filius dilectus*. Luc. XVIII. 16. Judex injustitiae, idest *injustus*, *iniquus*. Eph. XX. 24. Qui creatus est in sanctitate veritatis, idest in sanctitate vera. 1. Tim. VI. 17. Divitibus praecipe non spem ponere in divitiarum incertitudine, idest *in divitiis incertis*. Jacob. I. 23. similis enim viro consideranti vultum nativitatis suae, idest *faciem suam nativam*, *cum qua natus est*. Ibid. versu 4. facti estis judices cogitationum malarum, idest *cogitantes mala*, *prave affecti*. Act. XIV. XIV. 12. Sacerdos quoque Jovis, qui erat ante civitatem, *tauros*, & *coronas* ante januam afferens, cum populis volebat sacrificare, idest *tauros coronatos*. Idipsum reperitur interdum apud profanos scriptores. Euripid. in Hecuba. Venit Ulisses ωκύτητι ποδός, celeritatem pedis, idest *celeri pede*, Virg. Georg. II. Pateris libamus & auro; idest pateris aureis. Lucan. Chalybem fraenosque momordit, idest momordit fraenos chalybaeos.

In sequentibus locutionibus etsi affixum pertineat ad nomen prius, affigitur saepe saepius nomini posteriori, Deut. I. 41. Et accinxistis vos unusquisque *armis belli sui*, idest quisque vestrum accinxit se *armis suis bellicis*. Isa. II. 20. Tempore illo abjiciet homo idola argenti sui, & idola auri sui, idest idola sua aurea, & argentea. Isa. XLI. 11. Peribunt viri litis tuae, idest tecum litigantes, Ezech. IX. 1. Et unusquisque habebit instrumentum perditionis suae in manu sua, idest unusquisque habebit in manu sua instrumentum suum perdens, factum ad perdendum. Ex N. Testam. Matth. XXV. 31. Tunc sedebit super throno gloriae suae, idest super throno suo glorioso. Coloss. I. 13. Transtulit nos in regnum filii dilectionis suae, idest filii sui dilecti.

Comparativum Rabbini efformant acceſſione particulae יוֹתֵר ipſi Adjectivo; quae particula *nimium* ſignificat, *amplius*, *magis*, *potius*: At longe alia Scripturarum conſuetudo eſt, nimirum, ut una ex duabus illis rebus, quae alteri per comparationem poſtponitur, vel praepoſitionem מִין contineat; vel negationem, vel vehementius aliquod verbum, pro minus vehementi. Prius exemplum. חָכָם אַתָּה מִדָּנִיֵּאל Ezech. XXVIII. 3. *Sapiens tu prae Daniele*, hoc eſt *ſapientior es Daniele*: אָהַבְתִּי מִצְוֹתֶיךָ מִזָּהָב וּמִפָּז *dilexi praecepta tua prae auro, & prae auro obryzo* CIX. 127. hoc eſt *in comparatione auri, et auri igne purgatiſſimi, vel Regionis Ophir, Praecepta tua, Domine, multo ſunt in amore meo praeſtabiliora*. נִבְחָר שֵׁם מֵעֹשֶׁר רָב *Praeſtantius eſt nomen*

men (bonum) *quam divitiae multae* (*).

Alterum exemplum, Oseae VI.6: כִּי חֶסֶד חָפַצְתִּי וְלֹא זָבַח וְדַעַת אֱלֹהִים מֵעֹלוֹת *Quoniam misericordiam volui, et non sacrificium, & scientiam Dei prae holocaustis*, hoc est misericordiam malo, quam sacrificium (**). Novissimum denique exemplum erit : וָאֹהַב אֶת־יַעֲקֹב וְאֶת עֵשָׂו שָׂנֵאתִי *Et dilexi Jabacob, & Hesau odio babui*, Malach I. 23. & ad Rom. IX., ubi τὸ *odio babui*, idem plane est, quod *minus amavi*, *postposui*, *neglexi*.

Superlativum quoque plurimis fieri

[*] *Bonum est* (idest melius) *confugere ad Dominum, quam fidere in homine. Bonum est* (idest melius) *confugere ad Dominum quam fidere in Principibus*, Psal. CXVIII.8., & 9. atque alia ejus generis innumera.

(**) *Vermis & non homo* Psal. XXI. 6. idest potius quam homo. *Non ego, sed gratia Dei*. 1. Cor. III. 7. idest non tam ego quam gratia Dei; & Matth. XXIII. 8. 9. & 10. *Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et Patrem nolite vocare vobis super terram; unus est enim Pater vester, qui in Caelis est. Nec vocemini magistri, quia magister vester unus est, Christus*. idest magis Patrem in Caelis existentem, ejusque Filium Christum vocemini *Magistrum*, & *Patrem*, quam vos ipsos.

ſieri poteſt modis; Primo quum Adjectivum nomen conduplicetur, aut Adverbium. II. quum particula מְאֹד *valde*, *vehementer* Adjectivo nomini praeponatur. III. quum particula כֹּל ſubſtantivum praecedat, ut excellentiſſimum ſignificet, graviſſimum, vel optimum. IV. per praepoſitionem בְּ. V. per adjectionem alicujus ex Divinis nominibus. VI. quum abſtracta nomina pro concretis copulentur ſubſtantivo verbo tacito, vel expreſſo. VII. quum quis per figuram quam ajunt *Liptoten* verbo utatur minus vehementi, quam quod ſignificare velit. VIII. repetitione ejuſdem nominis ſubſtantivi, quoties ſubſtantivum quod praecedit alterum regat ſubſtantivum, exſiſtens in numero plurali. IX. Congregatione duorum ſubſtantivorum ejuſdem ſignificationis. X. Po-

Positivum etiam sine ullo adjunctivo, vim habere interdum videtur superlativi. Denique ad extremum quum intransitiva verba suum conjugatum nomen regant. Pro hujuscemodi Superlativorum varia ratione, exempla deinceps afferuntur, &c.

Primum exemplum sit 1. Reg. II. 3. אַל תְּדַבְּרוּ גְּבֹהָה גְבֹהָה *Ne loquamini elatum elatum*, idest *admodum elate, superbissime*; & Isa. VI. 3. קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת *Sanctus, Sanctus, Sanctus est Dominus exercituum*; hoc est *omnium Sanctorum Sanctissimus* (*) Nihil nos impedit, quominus per superlativum quoque illud Jud. XI. 25. efferamus וְעַתָּה הֲטוֹב טוֹב אַתָּה מִבָּלָק *Et nunc an bonus bonus tu prae*

(*) *De rufo rufo isto*, Gen. XXV. 30. idest admodum rufo, scilicet edulio cocto. *Et profundum profundum quis inveniet illud* Eccl. VII. 25. hoc est summe profundum, quam profundissimum & abstrusissimum. *Malum malum est, ait emtor*, Prov. XX. 14. hoc est pessimum. *Amen amen dico vobis*, idest firmissimum est quod dico vobis.

prae Balako, idest: & nunc anne es tu peroptimus Balako. Rectissimum hoc est dicendi genus, tum quia exstat geminatio adjectivi טוֹב טוֹב, tum etiam quia ex Santii, & Novae methodi sententia, superlativum consistere ibi etiam bellissime potest, ubi de duabus tantum rebus sermo fiat. Per iterationem pariter Adverbii, ut מְאֹד מְאֹד *vehementissime* בִּמְאֹד מְאֹד *quamplurimum*.

Alterum est Gen. I. טוֹב מְאֹד *valde bonum*, idest *optimum*.

Tertium 1. Reg. IV, 8. אֵלֶּה הֵם הָאֱלֹהִים הַמַּכִּים אֶת־מִצְרַיִם בְּכָל־מַכָּה בַּמִּדְבָּר׃ *Hi sunt Dii, qui percusserunt AEgyptum omni* (idest gravissima) *plaga in deserto*: neque enim in deserto alia plaga afflicti sunt AEgyptii, quam demersione in mari Rubro. (*)

(*) Item *omnis plaga* Eccl. XXV. 17. pro summa plaga. *Omnem*

Quartum, Cant. I. 8. הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulchra inter mulieres*, ideſt *pulcherrima mulierum*. (*)

Quintum, Dei nomina, per quae ſummum, vehementiſſimum, excellentiſſimumve exprimitur, terna ſunt, nimirum יְהוָה, אֵל, אֱלֹהִים, ut נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *Luctationibus Dei*, Gen. XXX. 8. hoc eſt *Divinis*, ideſt *vehementiſſimis*, & *graviſſimis*. עֲנָפֶיהָ אַרְזֵי אֵל *Palmites ejus*, *ut cedri Dei* Pſal. LXXX. 11. hoc eſt *cedri maximae*, & *proceriſſimae*. תַּרְדֵּמַת יְהוָה *Sopor Domini* 1. Reg. XXVI. 12. hoc eſt *graviſſimus* (**) Huc refer etiam con-

nem escam abominata eſt anima eorum, ideſt nobiliſſimam & excellentiſſimam, videlicet Caeleſte manna Pſal. XXIII. *Univerſa vanitas omnis homo vivens*, ideſt mera & ſumma vanitas Eccl. XII. 13. *Deum time*, & *mandata ejus obſerva*: *hoc eſt enim omnis homo* 3. Reg. IV. 8. ideſt qui hoc fecerit optimus eſt, & praeſtantiſſimus homo.

(*) Lucae I. 28. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν. *Benedicta tu in mulieribus*: ideſt *mulierum maxime benedicta*. Pſalm. XCIIII. 8. *Intelligite inſipientes in populo*, ideſt *inſipientiſſimi populorum* Job. XIV. 15. *Homo ille magnus inter Anakaeos*, ideſt *maximus Anakaeorum*. Prov. XXX. 30. *Leo fortis inter beſtias*, ideſt *fortiſſimus beſtiarum*.

(**) Sic *Terror Dei*, Gen. XXXV. 5. *Trepidatio Dei* 1. Reg. XIV.

conjunctum illud suffixum Dei, ut אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה terra caliginis *Dei*, Jer. II. 31. idest *maximae*. שַׁלְהֶבֶתְיָה *Flammae Dei*, Cant. VIII. 6. hoc est ardentissimae & maximae, vel affixum integrum cum ל, ut Ruth. II. 20. בָּרוּךְ הוּא לַיהוָה *Benedictus sit ille Domino*, hoc est omnibus modis, terque quaterque benedictus & felix. עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים *Civitas magna Deo*, Jonae III. 3., idest perquam maxima (*).

Sextum, ut וֶהְיֵה בְּרָכָה *Et esto benedictio*, Gen. XII. 2. hoc est summe benedictus. חִכּוֹ מַמְתַקִּים וְכֻלּוֹ מַחֲמַדִּים *Palatum ejus dulcedines, & totus ipse est desideria* Cant. V. 16.

XIV. *Rivus Dei* Psal. LXV. 10. *Ignis Dei* Job. I. 15. *justitia tua ut montes Dei* Psal. XXXVI. 7. *Saturabuntur ligna Domini* Psal. CIV. 16. Hac dicendi loquutione nihil tam Graecis, Latinisque sollemnius reperiri potest. *Divina mente*; *Divino ingenio praeditus* passim Tullius; atque Homerus tertio quoque verbo : *mare Divinum*; *Divinus Achilles*, cetera.

(*) *Benedicta esto Domino filia mea*, Ruth. III. 10. *Robustus & fortis Domino*, Jesa. XXVIII. 21. Quocumque modo adjunctum Dei adhaereat, semper rei significatio mirum in modum augetur, ut *Nembrod venator coram Deo*, idest maximus venator, & Gen. VI. 11. *& corrupta est terra coram Domino*, idest corruptione maxima, &c.

V. 16. hoc eſt dulciſſimum, deſideratiſſimus (*).

Septimum, ut 3. Reg. XII. 21. וְלֹא תָּסוּרוּ כִּי אַחֲרֵי הַתֹּהוּ אֲשֶׁר לֹא־יוֹעִילוּ וְלֹא יַצִּילוּ כִּי־תֹהוּ הֵמָּה׃ *Et ne declinetis quaeſo, poſt vana* (idola) *quae non proderunt* (vobis) *neque eruent* (vos) *quia vana ſunt*, ideſt, quae maxime oberunt vobis, vobiſque noxia admodum erunt (**).

Octavum, quum idem ſubſtantivum repetatur & prius alterum regat in numero plurali, ut הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum*, cetera exempla videre eſt in Regula priori, ſicut etiam illa ſequentis praecepti.

Nonum ut דִּבְרֵי פִיו אָוֶן וּמִרְמָה Pſal. XXXVI. 4. Verba oris ejus iniqui-

(*) *Et quod deſiderium ipſa eſſet oculis*, Gen. III. 6. hoc eſt deſideratiſſima, gratiſſima. *Deſolatio ejus mons ſehir*, Ezech. XXXV. 15. hoc eſt deſolatiſſimus. *nam deſideria tu es*, Dan. IX. 23. hoc eſt deſideratiſſimus. *Verba tua ſunt veritas* 2. Reg. VII. 28. ideſt veriſſima.

(**) *Non eſt utile vobis relinquere legem*, ideſt pernicioſiſſimum hoc vobis erit 1. Machab. II. 21. ſic Proverb. XVIII. 5. & XXIV. 23. itamque Eccl. VII. 14. *non eſt bonum*, pro eſt oppido malum pernicioſiſſimum malum.

quitas & dolus, ideſt iniquiſſima. (*)

Decimum: *Et non remanſit ei filius niſi Joacbaz parvus filiorum ejus* קְטֹן בָּנָיו ideſt *minimus filiorum ejus*, Par. XXI. 17. (**)

Deniq; ad extremum, ut 4. Reg. IV. 13. הִנֵּה חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ אֶת־כָּל־הַחֲרָדָה הַזֹּאת *Ecce ſollicita fuiſti pro nobis ſollicitudine iſta*, ideſt vehementiſſime pro nobis ſollicita tu fuiſti, & Pſal. LIII. 6. שָׁם פָּחֲדוּ פַחַד לֹא הָיָה פָחַד *ibi expaveſcunt pavore, ubi non eſt pavor*, ideſt ibi plurimum expaveſcunt, ubi &c. At ſi fortaſſis conjugato illi nomini attributum aliquod accedat, quod magnitudinem exprimet, luculentius inde ſu-

(*) *Et eduxit me de luto caeni*, ideſt *de luto caenoſo, de luto deterrimo*. Pſalm. XL. 3. *Faciamus hominem juxta imaginem noſtram, juxta ſimilitudinem noſtram*, ideſt *juxta imaginem nobis ſimilliмam*. Gen. I. 26. *Ventus procellarum*, ideſt *vehementiſſimus*. Pſal. XI. 6.

(**) Matt. V. 19. *Hic magnus vocabitur in regno Caelorum*, μέγας, magnus, pro μέγιστος maximus; Dictum enim erat, *qui ſolverit unum ex mandatis* τούτων τῶν ἐλαχίστων *minimus vocabitur*, &c. Matt. XX. 26. *Quicunque voluerit inter vos* μέγας *magnus*, ideſt *major*, vel *maximus fieri ſit veſter miniſter*, Matt. XXII. 36: *Magiſter quod eſt mandatum magnum in Lege*, ideſt *quod eſt maximum mandatum Legis?*

ſuperlativum deprehendetur, ut וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה עַד־מְאֹד *Et contremuit Iſaak tremore magno admodum*, Gen. XXVII. 33. & Dan. XI. 3. וּמָשַׁל מִמְשָׁל רַב *Et dominabitur dominatione ampla*. (*)

REGULA V.

De Hebraeorum Numeris.

Inter Adjectiva Nomina recenſentur quoque & Numeri, quorum doctrina, utpote plurimum ab illa Graecorum, & Latinorum abhorrens, atque aliena, digniſſima ea mihi videtur, quae peculiari hac Regula vobis nunc aperienda tradatur. Perelegantes quidem profecto ſunt, atque admirabiles modi illi, quos tenet Sacra Scriptura in hujuſmodi nu-

(*) *Et fleverunt fletu magno valde* 2 Reg. XIII. 36. *Zelatus pro Jeruſalem & Izione zelo magno* Zach I. 14. *Fervore magno ego ferveo contra gentes iſtas*, Zach I. 15 *Et laetabantur laetitia magna*, 3 Reg. I. 40. *Et efferbuit Dominus contra patres veſtros fervente ira*, ideſt Zach I. 2 ideſt vehementiſſime efferbuit: ut Graeci χαρᾷ χαίρει, Gaudio gaudet, ideſt mirifice gaudet: μάχεσθαι μάχην. Pugnare pugnam; quod Cic. dixit premur. Pugna ſumma contentione pugnata.

numeralibus Adjectivis tum in se ipsa consideratis, nullo scilicet habito respectu ad Substantiva nomina, tum etiam cum convenientia, ad isthaec Substantiva. In utrisque igitur considerandis, atque in iis maxime numeralibus Adjectivis in se ipsa consideratis ne latum quidem unguem ab Clarissimo Societatis Jesu P. Ayrolo discedemus, qui rem satis abunde, & maxima cum perspicuitate tractavit tunc quum Appendicem edidit de hebraicis idiotismis. Haec enim habet ille.

Nomina numeralia Cardinalia tres apud Hebraeos habent proprietates. Prima est, quod masculina a tribus ad decem habent terminationem femininam; & contra, feminina habent terminationem masculinam.

Altera est, quod nomina ista numeralia numeri singularis junguntur

sub-

ſubſtantivis numeri pluralis; & contra. Dicimus enim חָמֵשׁ שָׁנִים *Quinque anni* חֲמִשִּׁים שָׁנָה *Quinquaginta annus*.

Tertia, quod numeri minores majoribus in compoſitione praeſertim, praeponuntur. Porro ad majorem commoditatem ſtudioſorum, Tabulam Numerorum ſubjiciemus.

CARDINALES NUMERI.

Femin. *Generis* *Maſcul.*

In Statu Regiminis.	In Statu Abſoluto.	In Statu Regiminis.	In Statu Abſoluto.	
אַחַת	אַחַת	אַחַד	אֶחָד	1
שְׁתֵּי	שְׁתַּיִם	שְׁנֵי	שְׁנַיִם	2
שְׁלֹשׁ	שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשֶׁת	שְׁלֹשָׁה	3
אַרְבַּע	אַרְבַּע	אַרְבַּעַת	אַרְבָּעָה	4
חֲמֵשׁ	חָמֵשׁ	חֲמֵשֶׁת	חֲמִשָּׁה	5
שֵׁשׁ	שֵׁשׁ	שֵׁשֶׁת	שִׁשָּׁה	6
שְׁבַע	שֶׁבַע	שִׁבְעַת	שִׁבְעָה	7
שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנֶה	שְׁמֹנַת	שְׁמֹנָה	8
תְּשַׁע	תֵּשַׁע	תִּשְׁעַת	תִּשְׁעָה	9
עֶשֶׂר	עֶשֶׂר	עֲשֶׂרֶת	עֲשָׂרָה	10

Se-

Sequentes voces tum ſtatui abſoluto, tum regimini inſerviunt

Femin. Generis	*Maſcul.*
אַחַת vel עַשְׁתֵּי	אַחַד vel עַשְׁתֵּי
שְׁתַּיִם	שְׁנַיִם
שָׁלֹשׁ	שְׁלֹשָׁה
אַרְבַּע	אַרְבָּעָה
(עֶשְׂרֵה) חָמֵשׁ	(עָשָׂר) חֲמִשָּׁה
שֵׁשׁ־	שִׁשָּׁה
שֶׁבַע־	שִׁבְעָה
שְׁמֹנֶה	שְׁמוֹנָה
תְּשַׁע־	תִּשְׁעָה

Scholion:

Duo illi שְׁתַּיִם שְׁנַיִם compoſiti cum aliis numeris, mutant ſecundum & tertium punctum in unum tſere שְׁנֵים שְׁתֵּים. Cum aliis nominibus, aut perdunt ם, ut שְׁנֵי אֲנָשִׁים, aut nihil mutant, ut שְׁנַיִם אֲנָשִׁים.

Deinde communis ſunt generis uſque in infinitum.

quinquaginta quadraginta triginta viginti
עֶשְׂרִים שְׁלֹשִׁים אַרְבָּעִים חֲמִשִּׁים
centum nonaginta octoginta septuaginta sexaginta
שִׁשִּׁים שִׁבְעִים שְׁמוֹנִים תִּשְׁעִים מֵאָה
pluries mille bis mille mille pluries centum, biscentum
מָאתַיִם מֵאוֹת אֶלֶף אַלְפַּיִם אֲלָפִים
bis decem mille myrias decem millia
רְבָבָה רִבּוֹא vel רִבּוֹ : רִבּוֹתַיִם
pluries decem mille
רְבָבוֹת & in regimine רִבְבוֹת.

ORDINALES NUMERI.

Prima	רִאשׁוֹנָה	Primus	רִאשׁוֹן
Secunda	שֵׁנִית	Secundus	שֵׁנִי
Tertia	שְׁלִישִׁית	Tertius	שְׁלִישִׁי
Quarta	רְבִיעִית	Quartus	רְבִיעִי
Quinta	חֲמִישִׁית	Quintus	חֲמִישִׁי
Sexta	שִׁשִּׁית	Sextus	שִׁשִּׁי
Septima	שְׁבִיעִית	Septimus	שְׁבִיעִי
Octava	שְׁמִינִית	Octavus	שְׁמִינִי
Nona	תְּשִׁיעִית	Nonus	תְּשִׁיעִי
Decima	עֲשִׂירִית	Decimus	עֲשִׂירִי

Ultra decem non eſt ordinalis numerus: ejus loco deinceps uſurpatur Cardinalis ſic אַחַד עָשָׂר *undecim* & *un-*

undecimus. עֶשְׂרִים *viginti* & *vicesimus.* שְׁלֹשִׁים *triginta* & *tricesimus*, & sic deinceps.

DE NUMERATIONE
QUAE FIT PER LITTERAS.

Hebraei per litteras quoque Alphabeti numerare solent, ut & Graeci : id quod facimus nos per ziphras. Litteras autem ita dividunt, ut primus istarum ordo *Unitates*, secundus *Decades*, tertius *Centenarios*, quartus *Millenarios* complectatur.

Unitates

ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
9	8	7	6	5	4	3	2	1

Decades

צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
90	80	70	60	50	40	30	20	10

Centenarii

ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק
900.	800.	700.	600.	500.	400.	300.	200.	100.

Millenarii

יא	טא	חא	זא	וא	הא	דא	גא	בא	א
10000.	9000.	8000.	7000.	6000.	5000.	4000.	3000.	2000.	1000.

Alii . o 2

Alii numeri componuntur hoc modo

&c. טו	יד	יג	יב	יא	י
&c. 15.	14	13.	12.	11.	10.
&c. כה	כד	כג	כב	כא	כ
&c. 25.	24.	23.	22.	21.	20.
&c. לה	לד	לג	לב	לא	ל
&c. 35.	34.	33.	32.	31.	30.

Eodem modo unitates cum aliis denariis, & cum centenariis & millenariis conjunguntur.

Ubi *quindecim* per יה fuerant numeranda Hebraei reverentiae caussa, usurpant טו, eo quod יה sit unum ex Divinis Nominibus.

Itaque annum Domini vertentem 1706., ita per notas hebraicas scribemus אןו tempestate nimirum ea, qua haec Auctor exaravit; de nostra vero esset אןמא nempe cIↄIↄccxxxxI.

His ab Clarissimo superius memorato Viro adductis, accedere possunt paucula illa, quae e Buxtorffii Thesau-

ſauro depromſimus ſuper convenientia ſubſtantivi nominis cum ejuſmodi numeralibus nominibus: Primum ſcilicet, quod ſi numeralia iſthaec nomina conſtituantur in numero ſingulari, poſſunt tunc temporis nomen, quocum copulantur & ſubſequi, & anteire prout collibitum fuerit; verbi cauſſa אֶלֶף וּמֵאָה הַכֶּסֶף *mille & centum argenteos*, Jud. XVII. 2. en ut praeit: exemplum vero quando ſubſequitur, eſt יוֹם אֶחָד *Dies unus* Gen. I. 5. Sin vero in plurali, aut duali, ſemper anteire debet, ut Jud. XII. 9. שְׁלֹשִׁים בָּנִים וּשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת *Triginta filii*, *& triginta filiae*. 1. Reg. XVII. 12. שְׁנַיִם עֵצִים *Duo ligna*. Aliquod ſubinde dari poteſt exemplum in quo ejuſmodi adjectivum conſtitutum in numero multitudinis ſubſequatur ſubſtantivum; ſed longe alia tunc illi nu-

numero tribuenda est significatio; ut Gen. XI. 1, Erat autem universa terrae *labii unius* , & *verborum unorum* שָׂפָה אֶחָת וּדְבָרִים אֲחָדִים. Illud plurale non numeri habere debet rationem; sed identitatis, ut loquuntur, pro *eorundem* : quemadmodum & Terentius in Eunucho : *Aderis una in unis edibus* idest *iisdem*. Et Cic. pro Flacco : *Unis moribus*, & *nunquam mutatis legibus vivere*.

Quod Numerus ex aliis pluribus numeris conflatus, nimirum ex monadico, decadico, centenario, millenario, cetera, quando copulatur substantivo alicui, toties repetit idem substantivum, quot quidem partibus ipse conflatur numerus, sic בִּשְׁנַת עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה *In anno vicesimo*, & *tertio anno* 2. Reg. III. 1. idest in anno vicesimo tertio, & Num.

& Num. XXXI. 32. Pecudum sexcenta millia, & septuaginta millia, & quinque millia, pro sexcenta septuaginta quinque millia.

Cardinales idem numeri pluralem habentes desinentiam junguntur interdum substantivis singularibus; & e contrario, sic Gen. XIIII. 9. quatuor Reges אַרְבָּעָה מְלָכִים pro אַרְבָּעִים sic. Gen. III. 30 Dan. XI. 2. cetera; totum nunc e contrario sic (*) עֶשְׂרִים שָׁנָה Gen. XXXI. 41. *Viginti annum*, pro viginti annos עֶשְׂרִים שָׁנִים.

Nomina Cardinalia non infrequenter ponuntur adverbialiter, ut שֵׁנִית

(a) Citra omne dubium est, quod celebris sit haec ratio in Scripturis, quam etiam Josephus Antiq. l. 1. c. 2. advertit in illo Geneseos: & factum est vespere, & factum est mane dies unus ἡμέρα μία, sic ait καὶ αὕτη μὲν ἡ πρώτη ἡμέρα. Μωϋσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε: Et ipsa quidem est *prima* dies. Moyses autem dixit *unam*. Sic 2. *Par.* XXIX. 17. In die octo, pro *octava* Ejusmodi plane redundat loquutionibus N. T. sic Mar XVI. 2. Et valde mane *una* Sabbatorum. Luc XXIIII. 1. *Una* autem Sabbati. 1. Cor. XVI. 2. *Per unam Sabbatorum* nostis cetera. Una idest Prima, Sabbatorum, idest *dierum septimanae. Nam Sabbatum, ipsa hebdomas intelligitur, & Sabbata, Hebdomadis dies sunt.*

וַיִּקְרָא שֵׁנִית Gen. XXII. 15. Et clamavit secunda pro *secundo*. שֶׁבַע יִפּוֹל צַדִּיק, Prov. XXIV. 16. septies cadet justus.

Cardinalis interdum pro Ordinali numero adhibetur in ordine distributivo, ut שְׁנַיִם שְׁנַיִם בָּאוּ *Duo duo ingressa sunt*. Gen. VII. 9. idest *bina*, & 1. Par. XXXVI. 17. & in N.T. Marc. VI. 7. ἀποστέλλειν δύο δύο mittere duo duo, idest *binos* singula paria (*).

Et etiam citra distributionem isthaec Cardinalis numeri usurpatio pro Ordinali observatur, ut Gen. I. 5. יוֹם אֶחָד dies unus pro רִאשׁוֹן primus sic ibid. VIII. 1. בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ In uno die mensis ibid. IV. 19. שֵׁם הָאַחַת עָדָה Nomen unius Ada, idest *prioris*.

In

(*) Quadraginta diem, & quadraginta noctem Gen. VII. 4. pro *dies, noctes*. Num. XXXV. . Quadraginta duae Urbs, pro Urbes. Exod. VII. 8. Filius trium, & octoginta anni, pro *annorum*. 1. Sam. XXII. 18. octoginta & quinque vir, pro *viri*. 1. Par. VII. 5. octoginta & septem mille pro *millia*.

In conjunctione numeralium ultra decem, haec Enallage perpetua est: ut עַשְׁתֵּי עָשָׂר undecim, & undecimus, עֶשְׂרִים viginti, & vicesimus, quemadmodum supra accepistis. אֶחָד וְעֶשְׂרִים una & vicesima 1. Paral. XXIV. 17. pro vicesima prima, quo capite plura id genus occurrunt: quemadmodum videre est saepe saepius apud Tullium, ut in libro de senectute: *uno & octogesimo anno mortuus est*, pro *octogesimo primo*.

Occurrit postremo enallage Cardinalis numeri in statu regiminis pro statu absoluto, ut עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *Decas verborum*, Exod. XXXIV. 29. hoc est *decem verba, Decalogus*. עֲשֶׂרֶת מֹנִים *decade vicium*, Gen. XXXI. 7. hoc est *decem vicibus* לְתִשְׁעַת הַמַּטּוֹת *novenario tribuum* Jos. XIV. 2. hoc est *novem tribubus*

bus בֶּן־שְׁמֹנַת יָמִים יִמּוֹל *filius octonarii dierum circumcidetur*, Gen. XVII. 12. ideſt *octo dierum* & ſic deinceps. Et haec de numeris hactenus.

REGULA VI.

De Adjectivi cum Subſtantivo Concordia.

Ubi Subſtantivum Nomen cum Adjectivo ſeorſim diſtinctéque cognoverimus, ordo rei poſtulat, utrumque ut conjunctim in hac Regula diſpiciamus. Perſpectiſſima cuique ſunt foedera huic conjunctioni neceſſaria, ut conſentiant nimirum ſexu, numero, & caſu; ſic erit לֵב נָבוֹן *animus intelligens* רֵעִים רַבִּים *Amici plurimi*. Obſerva igitur quemadmodum Adjectivo Subſtantivum praeponatur:. Sin autem citra Hebraicae Linguae ſimplicitatem, Graeci, Latinique ſermonis tranſ-

transſpoſitionem ſectando Subſtantivum poſtponatur: tum Adjectivum in ſe neceſſario includet verbum *eſt*, ut נָבוֹן לֵב *Intelligens eſt cor.* רַבִּים רֵעִים *plurimi ſunt amici*. Etſi aliquod occurrat exemplum, ubi pro libitu (*) Adjectivum Subſtantivi naturam induens modo praeponitur Subſtantivo, modo vero poſtponitur, quum tamen nulla fiat complexio verbi *eſt*, ut אִישׁ כְּסִיל vir ſtultus Prov: XIV. 7. & כְּסִיל אָדָם *ſtultus homo* ibid. XV. 20. ſic etiam אֲנָשִׁים חֲכָמִים Homines ſapientes,

& p 2

(*) Ecquando nam Adjectivum naturam Subſtantivi induere videatur, haud difficile cognitu eſt, ut apud Latinos: Princeps, ideſt *vir*. Stultus, aut ſapiens, ideſt *homo*. Dextera Siniſtra, ideſt *manus*. Italia, Hiſpania, Graecia, arida &c. ideſt *terra*: Calida, Frigida, Tepida, ideſt *aqua*, cetera. Siquidem ſub nomine Principis, aut ſtulti, aut ſapientis primo loco venit in mentem *vir*, idem quum ſit dicere *vir princeps*, quam ſimpliciter *princeps*. Dixit etiam Tullius: princeps exordium: princeps natura, ſtulta loquacitas, ſapiens temperatio. Verum non eſt plane idem dicere *princeps exordium*; *princeps natura*, quam ſimpliciter *princeps*. Eſt igitur vocula iſthaec *princeps* mere adjectivum reſpectu *exordii*, reſpectu *naturae*; at induit naturam ſubſtantivi reſpectu *viri*: ſic reſpectu *manus* hae voces *dexſtra*, aut *ſiniſtra* induunt naturam ſubſtantivi: & reſpectu *terrae*, ſunt nomina haec *Italia Graecia*, arida, &c. Idem ferme de Hebraicis eſt dicendum Adjectivis, naturam induentibus Subſtantivorum, ac de Latialibus hucuſque diximus.

& Prov.XXX. 6. חֲכָמִים מְחֻכָּמִים, sapientes sapientissimi.

Item cum numeralibus Adjectivis; nam sive isthaec praecedunt, aut subsequuntur Substantiva, nulla subauditur complexio substantivi verbi *est*. Jud. XVII. 2. אֶלֶף וּמֵאָה הַכֶּסֶף mille & centum argentei. Judic. XII. 9. Triginta filii, & triginta filiae שְׁלֹשִׁים בָּנִים וּשְׁלֹשִׁים בָּנוֹת cetera.

Tunc igitur est pura puta Substantivi cum Adjectivo concordia, & nulla deprehenditur reticentia verbi *est* quoties Substantivum praecedit: Substantivum intelligo in statu absoluto; quod si in illo regiminis cernatur, quod regat aliud Substantivum pone se; tunc ut plurimum verbum *est* subintelligitur, ut אִמְרַת יְהוָה צְרוּפָה Sermo Domini purgatus *est* Psal. XIX. 8. פִּקּוּדֵי יְהוָה יְשָׁרִים

יְשָׁרִים Praecepta Domini recta *sunt* ibidem versu decimo.

In hac Substantivi cum Adjectivo concordia modo alterutrius Ellipsis est, quae tamen suppleri commode potest; modo vero Pleonasmus.

Substantivi tunc est Ellipsis, quando Adjectivum masculinum solummodo exprimitur, vel Adjectivum femininum, quod latine redditur per genus neutrum. Prius exemplum esto בַּעֲשִׂירִי בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *In decimo in uno mensis*, Gen. VIII.5. qnod ita suppleri debet בַּחֹדֶשׁ עֲשִׂרִי בְּיוֹם אֶחָד In mense decimo, in die primo, (*) Alterum exemplum דִּבֶּר אִתָּנוּ קָשׁוֹת Gen. XLII. Loquutus est nobiscum dura, supple אֲמָרוֹת verba. אַחַת שָׁאַלְתִּי אוֹתָהּ אֲבַקֵּשׁ Psalm. XXVII.

(*) Psal XXXVIII. 8. *Ilia mea plena sunt vili*, i. re vili, aut plaga vili, & contemta, ut Kimchi supplet. Psal. LXXI. 10. *Et aquae pleni exprimentur eis*, idest calicis pleni. Isa. XL. 10. *Cum forti veniet*, idest manu Ezech. VIII.3. *Ad ostium portae interioris*, idest atrii interioris.

XXVII. 4. unam (שְׁאֵלָה petitionem) petii , illam exquiram (*) Substantivum illud femininum Hebraice subintellectum latine semper exprimi debet . alioquin adjectivum femineum evadet neutrum , quo genere , uti nostis , Hebraei carent . Eapropter a latino Interprete perperam redditus est ille ; quem modo recitavimus Psalmi versiculum, aliique quot quot occurrant hujus generis ; reddere profecto quidem ille debebat vel , *unam petitionem petii, hanc requiram* ; vel *unum petii ,hoc requiram* .

Quoad Adjectivi Ellipsin , tunc illa usuvenire interdum solet , quum substantivum incedit solum, sic הַנֹּתֵן שֶׁלֶג כַּצָּמֶר qui dat nivem (idest הַלָּבָן

(*) *Lingua loquens magna* (Hebr. gen, fem.) idest sermones grandes Psal XII. 4. *Opimum mactabitis* Ezech. XXXIV. 3. idest pecus opimum: *Loquitur nobiscum dura* , Gen. XLI. 30. idest dura verba *Non est in ore ejus rectum* Prov. V 10. idest verbum rectum. *sicut Grex praecisarum* Cant. IV. 2. idest ovium. *Accinctus nove* 2. Sam. XXI. 16. idest gladio novo.

הַלָּבָן albam) ſicut lanam Pſalm. CXLVII. 16. מָצָא אִשָּׁה מָצָא טוֹב Inveniens uxorem (ideſt טוֹבָה bonam) invenit bonum Prov. XVIII. 22. Nam qui malam invenit, funus, peſtem, litem invenit. (*)

Pleonaſmus, qui modo Subſtantivi nominis eſt, modo vero Adjectivi. In locutionibus potiſſimum numeralibus ipſe nimirum pleonaſmus elucet; Subſtantivi: ut 2. Reg. XIII. 1. בִּשְׁנַת עֶשְׂרִים וְשָׁלֹשׁ שָׁנָה In anno viceſimo, & tertio anno, hoc eſt, in anno viceſimo tertio. Et illud Geneſeos XXIII. 1. *Et fuit vita Sarae centum anni, & viginti anni, & ſeptem anni, anni vitae Sarae*, pro centum viginti ſeptem anni. Adjectivi Pleonaſmus, ut צֹאן שֵׁשׁ מֵאוֹת אֶלֶף

(***) *Induti veſtibus* 1. Reg. XXII. 10. ſupl. regiis, pretioſiſſimis. *Venerat in dies* Gen. XVIII. 11. ſupple, multos, ideſt provecta & devexa jam aetate erant *Semen virorum*. 1. Sam. I. 11. ſupl. maſculeorum, ideſt ſemen virile. Praeſtantius eſt nomen quam divitiae multae Prov. XXII. 1. hoc eſt *nomen bonum*.

אֶלֶף וְשִׁבְעִים אֶלֶף וַחֲמֵשֶׁת אֲלָפִים Pecudum *ſexaginta millia*, & *ſeptuaginta millia*, & *quinque millia*, Num.I. 32. pro ſexcenta ſeptuaginta quinque millia.

Diſconvenientiam inter utrumque age nunc inſpiciamus, quæ vel in ſexu accidit, vel in numero; diſſident ſexu, ut וּמַאֲכָלוֹ בְּרִאָה *Et cibus ejus opima* Abac.I. 16. ideſt opimum. Adjectivum femineum, ut modo, monuimus, per neutrum genus Hebraei exprimunt (*) Diſſident numero, verbi cauſſa ſi Adjectivo ſingulari, plurale Subſtantivum adhaereat. Verum in hac numeri diſcrepantia obſervandum, quod vel erit Subſtantivum plurale, quod dominium denotet, ut tria eſ-

ſent

(*) Sic quoque Exodi XXII. 31. *Carnem in agro diſcerptum*, ideſt diſcerptum quid, ſicut & in ſuperiori exemplo, *opimum quid*; ut Graeci *ἱερὸν ἡ βουλὴ ſacrum conſultatio*, hoc eſt, conſultatio eſt res ſacra, & latini *fama malum*; *triſte lupus ſtabulis*, cetera.

ſent iſta nomina אֵרֶן, אֱלֹהִים, בַּעַל, & tunc numero diſcordabunt, ut plane obſervavimus in Reg. II. pag. 79. Vel minime erit, & tunc temporis diſtributionem revera notabit. Prius exemplum in Jeſ. XIX. 4. בְּיַד אֲדֹנִים קָשֶׁה *In manus dominorum duri*, pro Domini duri. & Pſal. LXX. 10. אֱלֹהִים צַדִּיק *O Dii juſte*, pro Deus juſte. Alterum exemplum in Pſal. CXIX. 139. יָשָׁר מִשְׁפָּטֶיךָ *Rectum eſt judicia tua*, hoc eſt unumquodque judiciorum tuorum.

REGULA VII.

De Pronomine; ejuſque conduplicatione.

Praeter Pronomina, de quibus in priori Grammatices parte verba fecimus tam ſejuncta, quam conjuncta, dantur & quaedam Subſtantiva nomina, quae vice Pronominum ſubinde funguntur; uti eſſent נֶפֶשׁ Ani-

Anima, & ראשׁ Caput 1. Sam. XX. 4. מַה תֹּאמַר נַפְשְׁךָ וְאֶעֱשֶׂה לָּךְ Quod dixerit *anima tua* faciam tibi ideſt quod dixeris tu (*) 2. Reg. I. 16. ſanguis tuus ſuper caput tuum דָּמְךָ עַל־רֹאשֶׁךָ, ideſt ſuper te. (**)

Pronomen הוא κατ' ἐξοχὴν per excellentiam Deo uni tribuitur. Non aliunde hoc totum oriri videtur, niſi quod propter nimiam, ſummamque qua erga eorum Praeceptorem diſcipuli afficiebantur obſervantiam, Nomine illum compellare minime audebant; utebantur dumtaxat hiſce pronominibus αὐτός, ἐκεῖνος, הוא, quoties de illo ſermo incideret. Tritiſſima eſt vetuſtate locutio illa, quam

(*) Amos VI. 8. Juravit Dominus *per animam ſuam*, ideſt per ſe ipſum. Joh. XII. 25. Qui odit *animam ſuam*, qui amat *animam ſuam*, ideſt ſeipſum.

(**) Pſalm. III. 4. Laetitia ſempiterna *ſuper capita eorum*, ideſt ſuper eos. 3. Reg. I. 16. *ſuper caput tuum*, ideſt ſuper te. Pſal LXV. 12. Poſuiſti homines *ſuper capita noſtra*, ideſt ſuper nos. Gen. XL. 19 Auferet Pharao *caput tuum*, ideſt *te*: neque enim praeciſum fuit illi caput, ſed & (ut mox ſequitur) ſuſpenſus eſt in cruce. Sic *caput canis*, *caput colubri*, *caput meum*, ideſt quod canis, coluber, ego;

quam de Pythagora discipuli ejus usurpabant inquiendo αὐτὸς ἔφη *ipse dixit* pro *Pythagoras dixit*. Idem propemodum de Christi discipulis arguit Cl. Elsnerus, dum Johannes de Christo mentionem faciens Cap. II. 6. dixit: καθὼς ἐκεῖνος περιεπάτησεν *sicut ille*, idest Christus *ambulavit*, & Psal. CII. 28. וְאַתָּה הוּא וּשְׁנוֹתֶיךָ לֹא יִתָּמּוּ *Et tu ille* (idest Deus), *& anni tui non consumabuntur*; quod quidem Pronomen pro Nomine divino habent Capnio, & Galatinus. Glassius Philol. 5. pag. 709.

Quodcunque Pronomen in casu recto constitutum pro integro sententiae membro subinde ponitur, ut אֲנִי עִם לְבָבִי לִבְנוֹת בֵּית מְנוּחָה Paral. XXVIII. 2. *Ego*, (quod latini redderent *de me*; *de me autem*; *ad me quod attinet*; *quod ad me spectat*) *cum animo meo ad aedificandum*

dum domum quietis. Italice : per me; in quanto a me ho io fempremai avuto nell'animo di fabbricarmi un cafino di diporto. Sed prae ceteris Galli hebraicae locutioni accedere videntur, fic reddendo: *moy, j' ai fongè toujour a me batir un maifon de plaifance*, fic Gen. XLIX. Juda tu confitebuntur tibi fratres tui יְהוּדָה אַתָּה יוֹדוּךָ אַחֶיךָ.

Eft Pronomen defectivum זֶה, quod certe fingulari cum elegantia numeralibus praeponitur nominibus, & poftponitur adverbio עַתָּה *nunc*, fungiturque vice partiulae cujufdam expletivae, vel reddi poffet per *jam* ut Gen. XXXI. 38. זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה jam viginti annos. Num. XXII. 28. זֶה שָׁלֹשׁ רְגָלִים jam tribus vicibus. Num. XIV. 22. זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים Jam decem vicibus. Cum עַתָּה vero : עַתָּה זֶה יָדַעְתִּי jam

jam nunc cognosco 1. Reg. XVII. 24. & 2. Reg. V. 22. הִנֵּה עַתָּה זֶה בָּאוּ אֵלַי *Ecce nunc jam venerunt ad me*, idest heic tum venerunt ad me. *In questo punto vennero da me.*

Diximus si memoria tenetis, ubi de Pronomine sermo fuit quod majoris emphasis gratia Pronominibus tertiae personae praefixum ה praeponatur, ut הַלָּז, הַלָּזֶה, הַהוּא ille ipse, *quel desso sì*, *quello appunto*, plane hoc idem praestat עֶצֶם; ut וּבְעֶצֶם הַשָּׁמַיִם & *sicut ipsummet caelum*, Exod. XXIV. 10. בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ Job. XXI. 23. *In ipsamet integritate sua*. sic Gen. VII. in ipso die illo &c. Cum pronomine הַזֶּה eleganter subinde jungitur, ut Gen. XVIII. בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *In ipsomet die* circumciditur Abraham.

Nostis jam, quod אֲשֶׁר sit relativum Pronomen, valens *qui, quae, quod*

quod omnis casus, sexus, ac numeri, pro quo non infrequenter particulae istae adhibentur ו , כִּי , & זֶה , aut זוּ , ut in Psal. CIV. 8. אֶל־מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם *Ad locum istum fundasti eis*, ideſt ad locum quem, עַם־זוּ יָצַרְתִּי לִי *Populus istum formavi mihi*, ideſt Populus quem. *Et accessi ad Prophetissam* וַתַּהַר *& concepit*, ideſt quæ concepit Isa. VIII. 3. & Gen. IV. 25. *Posuit mihi Dominus semen aliud pro Abel* כִּי *quia occidit Cain*, ideſt quem occidit Cain. (*)

De Pronominis conduplicatione haec observantur; ut Pronomina primae, & secundae personae majorem dicendi vim eorum repetitione ex-

(*) Malach III. 1. Ecce ego mitto Angelum meum, *& praeparabit*, ideſt, qui praeparabit. Exod. X. 25. Holocausta dabis nobis, *& offeremus* Domino, ideſt quae offeremus. Gen. III 19. Donec revertaris in terram, *quia de ea* sumtus es, ideſt de qua sumtus es. Psal. XC. 4. Tanquam dies hesterna, *quia praeteriit*, ideſt quae praeteriit. Prov. XX. 16. Tolle vestimentum ejus, *quia spopondit* pro alieno, ideſt qui spopondit. Prov. XI. 15. Affligetur malo, *quia spondet* pro extraneo, ideſt qui spondet.

expriment, ut Hoſ. V. 14. אֲנִי אֲנִי אֶטְרוֹף *Ego, ego* inquam *ero rapturus.* Jeſ. XLIII. 25. אָנֹכִי אָנֹכִי הוּא מֹחֶה פְשָׁעֶיךָ *Ego, ego* inquam ſum ille, qui deleo iniquitates tuas. Pſal. LI. 6. לְךָ לְבַדְּךָ חָטָאתִי *Tibi, tibi ſoli peccavi.* Ezech. XXXIV. 11. הִנְנִי אָנִי *Ecceme, me* inquam. 1. Sam. XX. 42. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְנוּ שְׁנֵינוּ אֲנַחְנוּ *Qui juravimus ambo nos, nos* inquam.

Pronomina tertiae perſonae ſi repetantur, diſtributionem indicabunt, ut וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה Et clamavit alter ad alterum, Jeſa. VI. 3. & Jud. XVIII. 4. כָּזֹה וְכָזֶה עָשָׂה לִי *Haec & alia*, vel talia, & talia fecit mihi, *Così e così mi ha fatto*, 2. Sam. XII, 8. וְאֹסִפָה לְּךָ כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה additurus ſum haec & alia, & Num. XXII. 24. גָּדֵר מִזֶּה וְגָדֵר מִזֶּה.

Hic,

Hic, illicque maceria, ideſt utrinque eſt maceria.

In iſthac Pronominum repetitione obſervatur, quod duorum Pronominum ejuſdem perſonae, ſemper ſecundum Pronomen pro Subſtantivo verbo *eſt* ſumatur, ut כֻּלָּנוּ בְּנֵי אִישׁ אֶחָד נַחְנוּ כֵּנִים אֲנַחְנוּ omnes nos filii viri unius nos (ideſt ſumus) probi nos (ideſt ſumus) Gen. XXIV. 11. מִי אוּה זֶה וְאֵי־זֶה הוּא Quis eſt ille, & quiſnam eſt ipſe? Eſth. VII. 5. מָה הֵמָּה אֵלֶּה Quid ſint illi Zach. I. 9. הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ Illi ſunt ſors tua Jeſ. LVII. 6. unde obſervatur. quod pro ratione Pronominis ſive primae, ſive ſecundae, ſive tertiae perſonae; ſive numeri unitatis, ſive multitudinis, ita ſcilicet in verbo *eſt* deſignatur & perſona, & numerus.

Si

Si Pronomina, quae geminantur ſint diverſae perſonae, tunc primum in ſe includet Subſtantivum verbum. ejuſdem ferme perſonae, atque ipſum eſt, ut וְעַד־זִקְנָה אֲנִי הוּא *& uſque ad ſenectam ego* (ero) *ille* Jeſ. XLVI. 4. אַתָּה הוּא יְהוָה הָאֱלֹהִים *Tu* (es) *ille Dominus Deus* Neh. IX. 7.

REGULA VIII.

De ſuffixis Pronominibus, nec non de Pronominis generatim ſumti convenientia cum ſubſtantivo Nomine.

In hujuſmodi Pronominibus ſuffixis duo tantum perveſtigabimus. Primum utrum ſemper ſint adjective ſumenda; Alterum ecquamnam ſibi aſſument ſignificationem, activam ne, an paſſivam. Super primo haec habeto, quod Pronomina ſeparata ſemper ſint Subſtantiva, ut

in priori Grammatices parte obſervavimus; ex eorundem vero genitivis efformari adjectiva Pronomina, ex שֶׁלּוֹ , שֶׁלִּי , שֶׁלְּךָ , cetera, deſcendere ſuffixa ִי , ְךָ , וֹ , ut תּוֹרָתוֹ תּוֹרָתִי , תּוֹרָתְךָ , ex Subſtantivis *mei*, *tui*, *ſui*, derivare *lex mea*; *lex tua*; *lex ſua* vel. ejus. Eximuntur tamen Pronomina, quæ ſuffiguntur nominibus numeralibus; ut Num. XII. 4. צְאוּ שְׁלָשְׁתְּכֶם *Egredimini tres vos*, non *tres veſtri*. Ibid. verſ. 5. וַיֵּצְאוּ שְׁלָשְׁתָּם *Egreſſi ſunt tres ii*, & non *tres eorum*.

Super altero autem ajo, quod interdum active, interdum vero paſſive ſumenda ſunt talia ſuffixa Pronomina, ut מוֹסְרוֹתֶיךָ *vincula tua*, ideſt vincula quibus vincis alios, vel vinciris ab aliis; diſcernenda quidem a ſermonis contextu

tu, locique exigentia. Isa. XXXIV. 5. Ad Populum anathematis mei, עַם חֶרְמִי idest quem anathemati, internecioni devovi. Gen. L. 4. Praeterierunt dies בְּכִיתוֹ fletus ejus, idest de eo facti. Jerem. V. 35. חֲמָסִי injuria mea, idest quae fit mihi. Isa. LVI. 7. In domo orationis meae בְּבֵית תְּפִלָּתִי idest in domo, in qua servi mei orant me, &c.

Quod attinet ad Pronominis convenientiam cum Substantivo nomine, ferme accidunt eadem quae in compositione Substantivi nominis cum Adjectivo; nimirum ut praecedere semper habeat Substantivum nomen; sin vero secus, includetur verbum *est* cum Adjectivo sive Nomine, sive Pronomine. Hoc insuper peculiare accidit Adjectivo Pronomini, quod etiamsi postponatur, debet semper habere praefixum

ה, quam quidem neceſſitatem minime habet Adjectivum nomen. Prius exemplum, quum poſtponatur Subſtantivo nomini - Jerem. XXVI.6. אֶת־הַבַּיִת הַזֶּה וְאֶת־הָעִיר הַזֹּאת *Domum hanc, & urbem hanc*, & Gen. XLIV.6. *Verba iſta* הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה obſervandum, quod praefixum ה, quod ante Pronomina אֵלֶּה, זוֹת, זֶה Subſtantivis nominibus poſtpoſita, praeter efficaciam, quam ſuapte natura Pronomini impertitur, etiam opus habet concurrendi cum Pronomine, ſin ſecus illud Pronomen profecto includet ut diximus verbum eſt, haud aliter ac ſi Subſtantivo nomini fuiſſet ipſum praepoſitum, ut in III. Gen. 19. כִּי עָפָר אַתָּה quod pulvis (*es*) tu. Ibid. verſu 17. כִּי עֵירֻמִּים הֵם quod nudi (*eſſent*) illi.

Alterum exemplum, quum Sub-

ſtantivo praeponatur ; ut וְזֹאת הַמְּנוּחָה Jeſ. XXVIII. 12. Haec *eſt* requies . Gen. VI. 9. אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת Haec *ſunt* generationes . Ibid. IV. 1. אָנֹכִי מָגֵן לָךְ Ego *ſum* clypeus tibi , ideſt protectio tua .

Uſu frequenter venit in iſtiuſmodi Pronominis cum Subſtantivo concordia tam Ellipſis, ideſt defectus alterutrius , quam Pleonaſmus , ideſt redundantia : Hoc quidem ordine res tota procedet , agetur primum de Pronominis redundantia, tum defectu ; Poſtremo autem de concordia, ac diſcrepantia Pronominis cum ſuo Subſtantivo Nomine .

Super Pronominis Redundantia bene multa ocrurrunt obſervatu digniſſima .

I. Satis elegans Pleonaſmus eſt Pronominum Subſtantivorum & in dandi caſu , ut Gen. XII. 1. Vade *tibi*

tibi de terra tua לֶךְ לְךָ מֵאַרְצְךָ idest exi de terra tua. (*)

II. Duplicis Pronominis repetiti, sed non deinceps, ut 1. Sam. IX. 13. Quia *eum* hac ipsa hora invenietis *eum* כִּי־אֹתוֹ כְהַיּוֹם תִּמְצְאוּן אֹתוֹ quum unum *eum* suffecisset. (*)

III. Quum Pronomen Relativum אֲשֶׁר pone se habeat vel immediate, vel mediate obliquum aliud Pronomen, aut Adverbium שָׁם, tunc temporis obliquum illud Prono-

(*) Psal. CXLIV. 2. Liberator meus *mihi* Ose. VIII. 9. Onager solitarius *sibi*. Cant. IV. 6 Ibo *mihi* ad montem. Cant 1. 8. si ignoras *te*. Gen. XXII. 5. Sedete *vobis* heic Deut. I. 13. date *vobis* Isa. XXXI. 8. Et aufugiet *sibi*. Amos. XXIII. 13. plaustrum plenum *sibi* manipulis. Psal. CXXIII. 4. multum saturata est *sibi* anima nostra subsannatione. Deut. XXXIII. 4. Etiam generatione decima non intrabit *eis* in Ecclesiam Dei. Apud Syros frequens est idem pleonasmus. Matth. III. 2. Appropinquat *sibi* regnum Caelorum. Matth. IV. 12. successit *sibi* in Galilaeam Id. IV. 10. vade *tibi* Satana. Id. VII. 23. Discedite *vobis* a me operarii iniquitatis. Apud Latinos quoque & Graecos, Demosth. *τούτῳ μοι προσέχετε νοῦν* Huic *mihi* mentem advertite Ter. suo *sibi* gladio jugulo. Cic. Scin ubi sit *tibi* tua Daphnis?

(**) Gen. I. 11. Cujus semen *ejus* in eo. Job. III. 8. Noctem illam occupet *illam* caligo 2. Reg. IX. 27. Etiam *illum* percutite illum. Exod VI. 4. Terra peregrinationis *eorum*, qua peregrinati sunt in ea, idest in qua peregrinati sunt. Ex N. Testam. Act. XV. 17. Omnes gentes super quas invocatum est nomen meum *super eos*. Matth. VIII. 1. descendentem eum de monte, secutae sunt *eum* turbae plurimae. Marc. VII. 25. Mulier cujus filia *ejus* habebat spiritum immundum, idem & Joh. I. 27. Act. XV. 17. Cetera.

nomen haud exprimetur, ſed אֲשֶׁר in ejus caſu ponetur; ejuſque praepoſitionem ſi forte habebit, ante ſe adſumet: itemque adverbii שָׁם ratio nulla habebitur, quum vice illius fungetur אֲשֶׁר. Prius exemplum eſto Pſal. I. 4. Sicut gluma, quam diſpellit *eam* ventus כַּמֹּץ אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ רוּחַ ideſt *quam diſpellit ventus*. אֲשֶׁר אָמַרְתְּ עִמָּם 2. Sam. VI. 22. Quibus locuta es *cum eis*, ideſt *cum quibus locuta es*. אֲשֶׁר־בּוֹ רוּחַ חַיִּים Quo *in eo* (ideſt *in quo*) ſit ſpiritus vitae (*) Poſterius exemplum. Pſal. CIV. 17. אֲשֶׁר־שָׁם צִפֳּרִים יְקַנֵּנוּ quo *ibi* aves nidificabunt, ideſt *ibi* Gen. III. 23. לַעֲבוֹד אֶת־הָאֲדָמָה אֲשֶׁר לֻקַּח מִשָּׁם Ad colendam terram, *qua* ſumtus erat *inde*, ideſt *terram unde*, ſum-

(*) Quorum os *eorum* loquitur vanitatem, Pſal. CXLIV. 8. redundat *eorum*. Quo ſit ſemen ſuum *in eo*, Gen. I. 2. ideſt *in quo*. Jer. I. 2. Quem fuit verbum Domini *ad eum*, ideſt ad quem.

ſumtus fuerat. Cum שׁ pro integro אֲשֶׁר Pſal. CXXII. 4. שֶׁשָּׁם עָלוּ Illuc aſcenderunt, cetera, (*)

IV. Quid ad uberiorem rei declarationem, atque ad omnem arcendam amphiboliam repetitur nomen ſatis abunde commonſtratum per Pronomen, ut Gen. XIII. 16. כַּעֲפַר הָאָרֶץ אֲשֶׁר אִם יוּכַל אִישׁ לִמְנוֹת אֶת־עֲפַר הָאָרֶץ Sicut pulverem terrae, quem ſi poterit quiſquam numerare pulverem terrae τὸ *pulverem terrae* denuo repetitum ſupervacaneum eſt Exod.II. 6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד Et vidit illum *puerulum*: anteceſſit nomen יֶלֶד & haec rurſum repetitur cum Pronomine. (**)

V.Quum

(*) II. 17. Et de arbore ſcientiae boni & mali non comedes *ex ea*. Prov.V. 22. Iniquitates ejus capiet *cum* impium 1. Sam. 21.14. Et mutavit ſpeciem *ſuam*. Ex N Teitam. Apoc.VI. 4. Et exivit alius equus rufus, & ſedenti ſuper eo datum eſt *ei* ſumere pacem de terra. Matth XXI 41. malos male perdet *ipſos*.

(**) Totam regionem Hhavilae, *qua illic* aurum eſt, Gen. II. 11. ideſt *ubi aurum eſt*. Et ingreſſa eſt ex loco illo *quo* fuerat *illic* Ruth. I. 7. ideſt ubi fuerat.

V. Quum ſine neceſſitate Pronomen vel antecedit, vel ſubſequitur Nomen illud, cujus loco ſtat, ut Jer. IX. 15. ubi antecedit הִנְנִי מַאֲכִילָם אֶת־הָעָם הַזֶּה Ecce ego cibaturus ſum *iſtos*, populum hunc, & Jeſ. VIII. 13. ubi ſubſequitur אֶת־יְהוָה צְבָאוֹת אֹתוֹ תַקְדִּישׁוּ Dominum exercituum, *ipſum* ſanctificate. Potuiſſet enim abſcindi ם, & ſuffixum *iſtos* in priori exemplo, & integrum Pronomen *ipſum* in poſteriori. (*)

VI. Quoties Affixum, ejuſdemque Pronomen integrum mira geminatur elegantia, ut Prov. XXIII 15. יִשְׂמַח לִבִּי גַם־אָנִי *Laetabitur cor meum*, *etiam ego*, ideſt: ego, inquam totus

lae-

(*) Et abominabitur *ipſum* vita ejus panem, Job. XXXI I. 20. Poſtremum *ejus* laetitiae eſt moeror. Proverb. XIV. 13 & mutavit *eam* ſpeciem ſuam [illegible] Simm. XXI. 13. ſapientis oculi *ejus* ſunt in capite. Etſi aliquo modo hic quintus paragraphus cum ſuperio- quarto colludere videatur propter Pronominis redundantiam, attamen diſcrimen intercedit, quod ibi, antea ſatis expreſſum ſubſtantivum Nomen repetatur, heic mere redundantia Pronominis eſt, non Nominis.

laetabor. Prov. XXII. 19. הוֹדַעְתִּיךָ הַיּוֹם אַף אָתָּה *Nota facio ea tibi, etiam tibi*. Quaſi diceres, tibi, inquam, ea hodie inculco. אָבַד זִכְרָם הֵמָּה *Periit memoria eorum, ipſi* Pſal. IX. 7. ipſi, inquam, periere. (*)

VII. Tandem Pronominis redundantiae dandum id quoque eſt, quando Subſtantivum Nomen collocandum ceteroqui in caſu obliquo, in recto ſtatuatur: & Pronomen quod fungi habeat officio nominis Subſtantivi, in caſu ponatur obliquo, ut verbi cauſſa .... Verum exempla heic inferius leguntur (**)

Su-

(*) Gen. XXVII. 32. Benedic mihi etiam mihi, Pater mi. 1. Sam. XXV. 24. In me, in me Domine iniquitas iſta ſit. Zach. VII. 5. An jejunium jejunaſtis mihi, mihi inquam? Prov. XXII. 19. Nota facio tibi hodie, etiam tibi. Colludere, etiam videtur iſte paragraphus cum iis, quae de Pronominis conduplicatione ſuper prima & ſecunda perſona ſuperius diximus.

(**) Verbi cauſſa: Homo tribuam ei hoc, ideſt *tribuam hoc homini*. Deus, obtinui hoc ab eo, ideſt *obtinui hoc a Deo*. Civitas, extraxiſti nos ab ea, ideſt *extraxiſti nos a Civitate*. Lex laudavi eam, ideſt *laudavi legem*, ut in Apoc VI. 8 Sedes nomen ei mors, ideſt *nomen ſedentis appellatur mors*. Qui vicerit dabo ei Ibid. II. 26. ideſt *vincenti dabo*. Sic Matth XXI. 24. *Lapidem*, quem reprobaverunt aedificantes *hic* factus eſt in caput anguli. Sic quoque de Pronominibus ſubſtantivis, quae hoc ſenſu plane redundarent, quoties earumdem perſonarum ſuffixa,

ſub-

Super defectu autem Pronominis, quod restat, paucissimis me expediam. Nunc Ellipsis, idest Defectus est Pronominis relativi; nunc Nominis substantivi, quocum convenire debebat Pronomen; nunc vero utriusque. Prius exemplum in Gen. XXXIX. 4. וְכָל־יֶשׁ־לוֹ נָתַן בְּיָדוֹ Et omne erat sibi tradidit in manu ejus. pro אֲשֶׁר יֶשׁ quod erat (*) Alterum exemplum עֲלוּ זֶה Ascendite hac, Num. XIII. 18. pro בַּדֶּרֶךְ הַזֶּה per viam hanc, idest *hac* adverbialiter. Graecis aeque ac Latinis non ignota elliptica isthaec locutio;

subsequerentur. Sic: *Ego*, gloria mea plurima. *Tu*, studium tuum frugiferum. *Ille*, pietas ejus magna est. *Nos*, lectulus noster floridus. *Vos* ambitio vestra pessima. *Illi*, spes eorum deserta, cetera sic Ioh. II. 27. Et vos unctionem, quam accepistis ab eo maneat in vobis.

(*) Notam facies illis viam ibunt in ea, Exod XVIII. 20., idest viam qua ibunt in ea, idest in qua, vel per quam ibunt. *Sic* Job. III. 3. utinam periisset dies (*quo*) nasciturius eram in eo, idest *in quo*. In terram (*per quam*) non transibat per eam quisquam, & (*quo*) habitabat homo illic, Jerem II. 6. idest per quam non transibat quisquam, & ubi non habitabat homo. Psal. VII. 16. Incidit in foveam fecit, idest quam fecit. Prov. VIII. 32. Labium non novi audiam, idest quod non novi. Isa. VI. 6. Beati (*qui* vias meas custodient. Thr. I. 14. In manus ejus carbo (*quem*) forcipe tulerat de altari. Job. III, 3. dedit me Dominus in manus (*de quibus*) non potero surgere.

ut in hoc, λαλεῖ ἃ δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὑπὲρ ὧν δεῖ. καὶ οὐκ ἀκούσεις ἃ μὴ δεῖ *Loquere quae decet, & quando decet, & de quibus decet, & non audies, quae non decet*, Evagrius pro *verba quae decet*, &c. (*) Postremum exemplum אֶל־הֲכִינוֹתִי לוֹ *Ad praeparavi ei*, 1. Paral. XV. 12. pro *ad locum quem praeparavi ei*, & Jer. II. 8. אַחֲרֵי לֹא יוֹעִלוּ הָלָכוּ Post non prosunt, ambulant idest post idola, quae non prosunt, ambulant. (**)

Hactenus de Pleonasmo, & Ellipsi Pronominis, restat ut de ejusdem concordia, ac discrepantia verba faciamus. Nihil est super ejus concordia quamobrem heic vel tantillum quidem immoremur

(*) Manete quaeso in hoc Num. XXII. 19. pro in hoc loco, idest *heic*. Et bibas ex quo hauserint, Ruth. II. 9. idest ex aquis quas hauserint. In quem paraverit ei David, 2. Paral. I. 4. idest in locum quem. Ad peregrinandum in quo invenerint, Jud. XVII. 8. idest in loco quem.

(**) Exod. IV. 13. Mitte quaeso per manum missurus es. idest *illius quem missurus es*. Job. XVIII. 20. Iste locus non novit Deum, idest *illius qui non novit Deum*.

mur, quid eadem prorſus ſit, atque illa Subſtantivi nominis cum ſuo Adjectivo. Diſpiciamus nunc dumtaxat diſcrepantiam.

Diſcrepantiam generis heic primo ineſſe volunt, ſed re quidem vera, ſi ad ſenſum ſatius per Syllepſin animum convertamus, aut ad aliquod magis congruum aptumque Synonimum, hujuſmodi praetenſa Generis diſcrepantia proculdubio evaneſcet, ut Gen. II. 15. וַיַּנִּחֵהוּ בְגַן־עֵדֶן לְעָבְדָהּ וּלְשָׁמְרָהּ Et collocavit eum in horto Ghedenis ad colendum eum, & ad cuſtodiendum eum. Pronomen הּ minime convenit cum antecedenti maſculino גַּן, ſed cum ejus Synonimo גַּנָּה Et Exod. XXII.26. אִם־חָבֹל תַּחְבֹּל שַׂלְמַת רֵעֶךָ Si pignerando pignore acceperis veſtem proximi tui, dum inclinat Sol, תְּשִׁיבֶנּוּ לוֹ reſtituito eam ipſi: heic נּוּ maſcu-

leum

leum eſt, & refertur non ad שַׂלְמַת femineum, ſed ad לְבוּשׁ, aut בֶּגֶד veſtis, plurimaque alia id genus exempla. (*)

Si Numeri exſtet diſcrepantia, aut quia Subſtantivo plurali reſpondeat ſingulare Pronomen, aut e contrario, tunc ſane temporis, diſtributio notatur, ut וַתִּקַּח הָאִשָּׁה אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ *Et ſuſcepit mulier duos viros illos, & abſcondit ipſum.* Joſ. II. 4. ideſt unumquemque eorum, & 2. Reg. VII. 10. וַיִּקְרְאוּ אֶל־שֹׁעֵר הָעִיר וַיַּגִּידוּ לָהֶם *Et clamaverunt ad janitorem urbis, & nuntiaverunt illis*, ideſt ſingulis janitori ſcilicet, & excubitoribus, &c.

Hoc

(*) Nuſquam non occurrunt ejus generis locutiones in N. Teſtam. Joh. XV. 26. πνεῦμα ſpiritus qui a Patre procedit, ἐκεῖνος, ille. Rom. IX. 29. *vaſa* miſericordiae, σκεύη ἃς *quos* praeparavit. Philip. III. 20. Noſtra conſervatio *in Caelis* eſt, ἐν οὐρανοῖς ἐξ οὗ, *ex quo*, pro *ex quibus*. Philip. II. 15. In medio *generationis* ἐν μέσῳ γενεᾶς ἐν οἷς, *in quibus*, pro *in qua*, cedera. Latinis quoque minime ignote. Himnus laudum tempore Adventus: *Verbum* ſupernum prodiens, *qui* natus orbi ſubvenis. Norat. daret ut catenis *fatale monſtrum*, *quae* generoſius perire quaerens. Ter. ut Dii illum Deae que *ſenium* perdant, *qui* me hodie remoratus eſt.

Hoc de unius Pronominis cum uno Subſtantivo concordia. Verum duo ſi ſint Subſtantiva ſingularia, tunc Pronomen, quod eis adhaerebit, plurale erit, etiamſi Subſtantivum ſit ſingulare, ſed collectivum, ut Gen. I. 27. זָכָר וּנְקֵבָה בָּרָא אֹתָם *Maſculum, & feminam creavit eos* Num. XVI. 3. כִּי כָל־הָעֵדָה כֻּלָּם קְדֹשִׁים *Nam omnis coetus totus ipſi ſancti ſunt.*

Si duo ſint Subſtantiva; Pronomen vero unicum, ipſum proculdubio cum illo Subſtantivo conveniet in ſexu, à quo actio procedit, ut Gen. III. 15. *Et inimicitiam ponam inter te, & mulierem hanc, & inter ſemen tuum, & ſemen hujus, ipſum conteret tibi caput* וְאֵיבָה אָשִׁית בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ הוּא יְשׁוּפְךָ רֹאשׁ הוּא Pronomen genere & numero convenit cum an-

antecedente Subſtantivo maſculino ſingulari זֶרַע non autem cum altero Subſtantivo femineo הָאִשָּׁה. Inde non immerito deducitur quod vituperanda ac reprehendenda videatur Amanuentium ſupina oſcitantia, qui verterunt *ipſa conteret caput tuum*, referendo τὸ *ipſa* ad mulierem, non autem ad *ſemen*, quocum convenire debebat. Sed vide ſi lubet ſuper hac re Prolegomena ad Syntaxin pag. 64.

Subinde vero ſi duo concurrant Subſtantiva; Pronomen illud unicum cum propiori conveniet, ut כִּי־בָתֵּי עָרֵי הַלְוִיִּם הִוא אֲחֻזָּתָם *Nam domus* (plur. numeri *le caſe*) *Civitatum Levitarum, ipſa eſt poſſeſſio eorum*; ubi הִוא non convenit cum antecedenti בָתֵּי quocum convenire deberet, ſed cum אֲחֻזָּתָם Lev. XXV. 33. Item Eccleſ. IX. 9. Gen. XLIII.

XLIII. 32. Jer. X. 3. Latini quoque minime abhorrent ab hujusmodi dicendi modis, sic: Et nunc domicilia conjuncta quas urbes dicimus. &c.

Duobus Substantivis si unicum copuletur singulare Pronomen, tunc distributio notabitur, ut כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה וְאֵת כָּל־עוֹף הַשָּׁמַיִם וַיָּבֵא אֶל הָאָדָם לִרְאוֹת מַה יִּקְרָא לוֹ Gen. II. 19. Omnem bestiam agri, & omnem volucrem Caeli adduxit ad Adamum, ut videret quod nomen inderet ipsi, idest unicuique ex bestiis, & volucribus. Huc referri possunt, & haec duo עֵדֹתִי *Testimonia meum* Psal. CXXXII. 12. idest testimoniorum meorum unumquodque מַכּוֹתְךָ *Plagas tuam* Deut. XXVIII. 59. idest quamque plagarum tuarum.

REGULA IX.

De Interrogativo Pronomine ejusdemque cum reliquis Pronominibus, Nominibusque concordia.

Interrogativum tam Personae; quam Rei sub ambitu Pronominis continetur, tanquam species sub ejus genere. De reliquis Pronominibus hucusque egimus, age nunc videamus, quae de Interrogativo scitu dignissima occurrant. Et sane si attingere isthaec voluerimus, Interrogativum inspicere licebit tum propter locum, quem obtinet respectu nominum, quibuscum copulatur, tum propter convenientiam, aut disconvenientiam respectu eorundem nominum.

Et primum quoad ejus locum: Pronomen Personae מִי (nam de Pronomine rei, mox) Nominibus praeponitur aeque ac Pronominibus utrius-

utriusque generis, & numeri; & quum praeponatur, Ellipsin pariter Substantivi verbi *est* indicabit, ut de ceteris adjectivis Nominibus, Pronominibusque Substantivo praepositis satis abunde supra accepimus, sic: מִי דָוִד וּמִי בֶן־יִשָׁי Quis (*est*) David, & quis (*est*) filius Jisai. 1 Sam. XXV. 10. מִי אַתָּה בְּנִי Quis (*es*) tu fili mi Gen. XXVII. 18. אֶת־מִי הִגַּדְתָּ מִלִּין Cuinam indicasti sermones? Job. XXVI. 4. Cum Dativo possessionis לְמִי הַנַּעֲרָה הַזֹּאת Cujus est Puella haec, Ruth. II. 5. quo dicendi genere, cum dativo nimirum possessionis, Gallis nihil est sollennius: *a qui est cette fille? c' est de moi*. Cujus es tu, & cujus sunt ista ante te? Gen. XXXII. 17. לְמִי אַתָּה וּלְמִי אֵלֶּה לְפָנֶיךָ Eleganter admodum repetitur in principio מִי וּמִי הַהֹלְכִים *Qui & qui, qui*

euntes sunt, Italicae vividius exprimetur. *Chi chi sono mai que' c' anderanno*: aut, *Dove dove sono que' che dovran gire?* Exod. X. 8.

Sin Substantivo postponatur, genitivum possessionis indicabit, ut אֶת־שׁוֹר מִי לָקַחְתִּי וַחֲמוֹר מִי לָקַחְתִּי Bovem eccujusnam accepi; & asinum cujusnam accepi וּמִיַּד־מִי & e manu cujus &c. 1. Sam. XII. 3. בַּת־מִי אַתְּ filia cujus es tu? Gen. XXIV. 23.

Videtur & interrogativum rei esse, sed per Syllepsin, sensus attenditur potius, quam verba, ut מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי Quis sum ego, & quae est vita mea 1. Sam. XVIII. 18. Idest, quis sum ego, aut quis sum vita mea? nimirum vitae meae statu, conditione, splendore, ut dignus habear, qui sim gener Regis? Sic & illud מַה־שְּׁמֶךָ *Quod est, Nomen*

men tuum? Jud. XIII. 17. Reddendum; Quis es nomine tuo? hoc est quo nomine vocaris? Locutio concisa pro מִי אַתָּה וּמָה שְּׁמֶךָ Quis es, & quod nomen tuum? Sic enim resolvuntur aliae innumerae loquutiones, quum hisce similes dabuntur.

Citra iuterrotionem, מִי interdum capitur ut Psal. XXXIX. 7. וְלֹא יֵדַע מִי אֹסְפָם Et non scit quis sit collecturus ea.

Interrogativa Rei מָה מַה מֶה praeponuntur etiam Nominibus aeque ac Pronominibus utriusque generis, & Numeri, ut מַה־תָּאֳרוֹ Quae forma ejus? 1. Sam. XXVIII. 14. מֶה מִשְׁפַּט הָאִישׁ Quis habitus (idest ingenium, natura, inclinatio) *viri illius*? מָה־אֱנוֹשׁ Quis est homo? Psal. VIII. 5. מַה־לִּי וָלָךְ Quid mihi, & tibi? Jud. XI. 12.

Sin

Sin autem Subſtantivo poſtponantur, genetivum rei indicabunt, ut וְחָכְמַת מֶה לָהֶם Et ſapientia cujuſnam rei ineſt ipſis? Jerem. VIII. 9.

Sumuntur quoque citra interrogationem, ut Pſal. XXXIX. 48. זְכָר אֲנִי מֶה חָלֶד Recordare, ego quod tempus, ſcilicet vitae habeam, ideſt quantuli aevi ſim מָה הֵמָּה אֵלֶּה Quid ſint illi, Zach. IX. 1. ubi medium Pronomen loco verbi Subſtantivi.

מַה ſequente praefixo שֶׁ explicatur per id, & שֶׁ utpote ab integro אֲשֶׁר per *quod*, conjuncti autem מַה שֶׁ explicantur *id quod*, ut Eccleſ. I. 9. מַה־שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה Id quod fuit, idem, quod futurum eſt, & ibid. וּמַה שֶּׁנַּעֲשָׂה הוּא שֶׁיֵּעָשֶׂה Et id quod fit, idem quod fiet. (*)

Sa-

(*) Inter minime aſpernandas originationes ſuper Methabaei noc

Satis sit de Interrogativis tam rei, quam Nominis, & de tota omnino, quae inter Substantivum nomen, & Adjectivum intercedit convenientia & concordia, gradum facturi ad illam quae nomen interjacet, & verbum, ubi de verbo quid seorsim praelibaverimus.

REGULA X.

De Verbo generatim, prout in sua dispescitur membra, nimirum de Verbi Modis, Temporibus, Personis, ac Conjugationibus.

Id sibi vindicat ordo Orationis partium, ut ubi affatim de Nomine, ac Pronomine dixerimus, quid pariter de Verbo, prout ad Syntaxim faciat, referamus. In eo primum perscrutabimur Modos, Infinitivum

nem-

nomine recensetur illa quam ex XII. Exodi deducunt *Quis similis tui in Diis Domine*, ab initialibus istarum vocum litteris, uti exstant in Hebraeo, *mi camoca be-elohim, Jehovah, Mem* nimirum, *Caph*, *Beth*, *Jod.* si quidem in Machabeorum labaro scriptas esse memoratas quatuor litteras, arguunt; quarum prima est *Mi*, Quis, de qua quidem voce modo locuti fuimus. Idem est de voce *Michael*, mi, ca-el *quis sicut Deus.*

nempe, atque Imperativum; deinde Tempora, Praeteritum scilicet, Participium, & Futurum. Tertio loco Personas; tum Gerundia; Postremo autem Conjugationes.

Infinitivus modus, ut ab hoc prae ceteris auspicemur, saepenumero accipitur *pro Praesenti*, ut Prov. XXII. 6. דִּבְרֵי רְשָׁעִים אֱרָב־דָּם Verba impiorum insidiari sanguini, ideſt *insidiantur sanguini* (*) *pro Imperfecto*, ut Ezech. I. 14. וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב *Et animalia currere & redire*, ideſt currebant, & revertebantur. *Pro Praeterito*, Psal. VIII. 2. אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל־הַשָּׁמָיִם Qui *dare* gloriam tuam super Caelos, ideſt, qui dedisti (**) *Pro Futuro* Isai. V. 5. Et nunc ostendam vobis, quid faciam vineae meae הָסֵר

(*) Prov. XV. 22. *Infringere cogitationes in non consilio*, ideſt, ut vertit Vulgata, dissipantur cogitationes, ubi non sunt consilia.

(**) Jerem. XIV. 5. Cerva peperit, & *relinquere*, ideſt & reliquit, &c.

הָסֵר *auferre* (ideſt auferam) ſepem ejus , & erit in conflagrationem : פָּרֹץ *diruere* (ideſt diruam maceriem ejus , & erit in conculcationem (*) *Pro modo Imperativo* , Exod. XX. 8. זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ *Recordari* diei Sabbati ad ſanctificandum ipſum , pro זְכוֹר Recordare (**) *Pro Participio* Pſal. XXXII. 9. Nolite fieri ſicut equus, & ſicut mulus אֵין הָבִין *Non intelligere* , ideſt non intelligens. (***) Pro Subſtantivo Nomine 1. Reg. VIII. 53. Exaudies eos בְּכֹל קָרְאָם *in omni invocare ipſos* , ideſt *in omni invocatione ipſorum* ; & ut vertit Vulgata , *in univerſis* , *pro qui-*

u

(*) Joph. II. 20. In tempore *congregare me vos* , ideſt quo congregabo vos . Ezech. XI. 7. vos autem *educere* ex ea ideſt educam. vide & 2.Sam. III. 18. Num. XX. 3. Pſal. LXXVII. 2. *Sic* ſumunt הַקְרֵב Levit. VI. 7. pro infinitivo loco futuri.

(**) Sic Jos I. 13. Deut. XVI. 1. Jerem. II. 2. & XIX. 1. Judic. IV. 20.

(***) Gen. VIII. 5. Et aquae erant ire, & deficere, ideſt *euntes & deficientes*. Sic Joſ. III. 17. Hab. II. 15. ſic & Eſa. XLIX. 7. Ad contercere animam ; hoc eſt contemnentem animam.

quibus invocaverint te, (*) Ubi e contrario Nomen pro Infinitivo usurpatur, ut Isa. VII. 1. Ascendit Rasin Rex Syriae in Hierusalem לַמִּלְחָמָה עָלֶיהָ *ad bellum* contra eam, ideſt *ad bellare* contra eam, quod idem ferme eſt ad bellandum, vel ut belligeraret contra eam (**):

De Imperativo, ſi quaeris, utpote qui purus putus eſt Futurum (quum quanto ocyus exequi ejus actio debeat, ad rationem illius temporis quod vulgo *Futurum* auditur, cujus actio exequi ſerius debeat, pro exequentis arbitrio, non antem injungentis) pro Futuro tempore ſumitur; & verſa vice Futurum pro Imperativo, ſic Gen. XLV. 18. Dabo vobis optimum terrae Ægypti,

(*) Pſal. CI. 3. *facere* declinantium odi, ideſt *factum*. quemadmodum in prima hujus Syntaxeos Regula, pag. 72. obſervavimus, ſic & in Novo Teſtam Luc. VII. 21. Caecis multis donavit *videre*, ideſt viſum. Hebr. II. 15. Qui per *omne vivere*, ideſt qui per *totam vitam*.

(**) Ex Novo Teſtam. Marc. XII. 38. Et dicebat illis in doctrina ſua, ideſt *inter docendum*, *quum doceret eos*.

pti, & *comedite* adipem terrae אֶתְּנָה לָכֶם אֶת־טוּב אֶרֶץ מִצְרַיִם וְאִכְלוּ אֶת־חֵלֶב הָאָרֶץ idest *comedetis* adipem terrae (*) Exemplum futuri pro Imperativo usurpati, ut Deut. VI. 13. אֶת־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ תִּירָא Dominum Deum tuum *timebis*, idest *time*. Super quo mentionem quoque fecimus pag. 47. prioris partis Grammaticae. In Invocationibus praesertim, aut deprecationibus, ut Deut. XXXII. 1. הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם וַאֲדַבֵּרָה וְתִשְׁמַע הָאָרֶץ אִמְרֵי־פִי Praebete aures o Caeli, & eloquar, & *adiat Terra* sermones oris mei pro *audi o Terra*.

Transeamus nunc ad tempora, in-

(*) Gen. XII. 2. Benedicam tibi, & *esto* benedictus, idest *eris*. Ibid. XX. 7. Orabit pro te, *& vive*, idest *& vives*. Isa. LV. 2. Audite me, & *comedite bonum*, idest comedetis bonum. Psal. XXXVII. 27. Declina a malo, & *habita* in seculum, idest *habitabis*. Prov. IV. 4. observa praecepta mea, *& vive*, idest *& vives*. Ex Novo Testam. Joh. II. 19. λύσατε solvite, idest *dissolveris templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*: loquebatur enim de templo Corporis sui. Sollemnis est apud Latinos isthaec locutio, sic. Virg. Eccl. VII. si factura gregem suppleverit, aureus *esto*, idest, aureus eris.

inter quae Praeteritum praeeat, ubi Radix ipſa reperitur; Praeteritum igitur nunc pro Praeſenti adhibetur & Imperfecto, ut Gen.IV. 1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָֹה *Poſſedi filium a Deo*, ideſt Dei ſummo beneficio en tibi quod poſſideo filium. Pſal.LXXV. הוֹדִינוּ לְךָ אֱלֹהִים הוֹדִינוּ וְקָרוֹב שְׁמֶךָ סִפְּרוּ נִפְלְאוֹתֶיךָ ׃ כִּי אֶקַּח מוֹעֵד אֲנִי מֵישָׁרִים אֶשְׁפֹּט ׃ *Confeſſi ſumus* tibi Deus, *Confeſſi ſumus*, & propinquum nomen tuum; *narraverunt* mirabilia tua. Quum accepero ſtatutum tempus, ego rectitudines judicabo, ideſt. *Confitemur* tibi Deus, *confitemur*, &c. *narrent* &c. Vulgata pro Futuro exponit: Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua, quum accepero &c. 2. Reg. III. 11. Eſt heic Eliſaeus filius Japhet אֱשָׁפָט יִצַּק

יָצַק *qui infudit* aquam ſuper manus Eliae, ideſt *qui* infundebat aquam (*) Nunc pro Pluſquamperfecto, 2. Paral. VII. 7. Sanctificavit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini כִּי עָשָׂה שָׁם הָעֹלוֹת quia *obtulit* ibi holocauſta: quia altare aeneum אֲשֶׁר עָשָׂה quod *fecit* non poterat ſuſtinere holocauſta, & ſacrificia, & adipes: Vividius enim redditur *obtulerat*; *fecerat*, quam *obtulit*; *fecit* (**) *Nunc pro Futuro*, tam

(*) Gen. IV. 9. Et dixit Cain *neſcivi*, pro *neſcio*. Ibid. XXXII. 10. *Parvus fui* prae omnibus iſtis benenefiiciis: *impar fui* ut gratias rependam, ideſt *parvus ſum*; quod idem eſt: indignitas mea haud promereretur haec tam preclara & maxima beneficia; vel longe minor ſum, quam ut in me beneficia tam ampla proficiſcantur. *impar ſum*, &c. Deut. XXVI. 3. confeſſus ſum hodie coram Domino, ideſt *confiteor*. Ex N. Teſtam. Joh. I. 15. Hic *erat* de quo dixi vobis, ideſt *hic eſt*. ibid. verſ. 26. Medius autem veſtrum *ſtetit*, ideſt ſtat. Idem V. 45. Eſt qui accuſat vos Moyſes, *in quem vos ſperaſtis*, ideſt *in quem ſperatis*. Id. XI. 27. utique, Domine ego *credidi*, quia tu es Filius Dei, ideſt *credo*. Id. XVI. 27. Ipſe enim Pater amat vos, quia vos me *amaſtis*, *& credidiſtis*, quia a Deo exivi, ideſt *amatis*, *& creditis*. Rom. V. 2. Per quem acceſſum *habuimus*, ideſt, *habemus*. 1. Tim. IV. 10. In hoc enim laboramus, quia *ſperavimus* in Deum vivum, ideſt *ſperamus* &c.

(**) Gen. XIV. 4 Duodecim annis *ſervierunt*, ideſt *ſervierant*. Exod. XII. 35. Et filii Iſraël *fecerunt* juxta verbum Moyſis, & *petierunt* ab Aegyptiis vaſa argentea; ideſt *fecerant*; *petierant*. Ex N. Teſtam. Matth. XIV. 3. Herodes enim apprehendens Johannem *vinxit* eum, *ac poſuit* in carcerem, ideſt *vinxerat ac poſuerat*. Luc. XIX. 15. Iuſſit vocari ſervos, quibus *dedit* pecuniam, ideſt *dederat*. Joh. IV. 44. Ipſe enim Jeſus teſtimonium *perhibuit*

tam ſi ו , quod ajunt , converſivum habeat praefixum, ut Exod. XII. 15. וְנִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא & *exſcindetur anima illa.* , quam ſi ſecus, ut Mich. VII. 8. אַל תִּשְׂמְחִי אֹיַבְתִּי לִי כִּי נָפַלְתִּי קָמְתִּי Ne laeteris inimica mea ſuper me , quia cecidi , *conſurgam.* (*) Nunc denique pro quolibet tempore adhiberi Praeteritum licet, ut inſtruent exempla inferius.(**)

Praeterito proxime ſuccedit Participium , quod quidem eſt dupliciter uti noſtis , alterum Benoni , quod Par-

bibuit quia Propheta in patria ſua honorem non habet, ideſt, *perhibuerat.* Id. V. 13. Is autem qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Jeſus enim *declinavit* , ideſt *declinaverat.* Apoc. XI. 1. Et vidi Caelum novum , & terram novam , primum enim Caelum , & prima terra *abiit* , ideſt *abjerat.*

(*) Gen IX. 13. Arcum meum *poſui* in nubibus , ideſt ponam. Ex N. Teſtam. Johan. V. 24. Qui verbum meum audit, *tranſiit* de morte ad vitam , ideſt *tranſibit*, Rom. VIII. 30. Quos autem juſtificavit , illos & *glorificavit* , ideſt *glorificabit.*

(**) Argumento nobis ſit praeſertim primus verſiculus prioris Pſalmi : *Beatus vir , qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit , & in cathedra peſtilentiae non ſedit;* illud enim *non abiit* ; *non ſtetit*; *non ſedit*, accipitur & pro praeſenti , & pro futuro , & pro Imperfecto , & pluſquam perfecto ; non enim eſt ſolus beatus qui nunquam in vita ſua *ſedit* , *abiit*, *ſtetit* , ſed & qui in praeſentia ad meliorem frugem rediens non *reſidet* ; *non abit* ; *non ſtat* ; aut qui in futuro divini Numinis praeſidio ac lumine reſipiſcens, non erit amplius *ſedens* , *ſtans* , aut *abiens* . Sic & illud *Credidi* propter quod loquutus ſum pro *credo* , cetera.

Participium praesens activum designet, alterum vero Paghul, quod commonstrat Participium passivum, sed παρακείμενον, uti ajunt, idest propinquum, quo differat a remoto, uti in pag. 64. Grammatices priori parte. Ambo isthaec Participia pro Nominibus primum Verbalibus sumuntur, ut אוֹהֵב reddi potest *Amans*; & Amicus רוֹפֵא *Sanans*, & *Medicus* מוֹשֵׁל *Dominans*, & *Dominator* סוֹחֵר *Negotians*, & *negotiator*. יָקוּשׁ *Auceps*, & *Aucupans*, רֹכֵב *Eques*, & *equitans*. cetera (*) Quum vero sumuntur haec Participia pro meris Nominibus, proximae adhaerens nomen in casu genitivo reposcunt; & aliquando pro meris Verbis habita, in eo casu nomen subsequens statuunt, quem Verba, unde

(*) Jerem. XXIII. 2. Sic dicit Deus Israelis *de pascentibus pascentibus* populum meum, idest, de *pastoribus pascentibus*. Ex Novo Testamen. Matth. IV. 3. ὁ πειράζων *tentans*, & *tentator*. Marc. VI. 14. ὁ βαπτίζων *baptizans*, & *baptistes*. 1. Cor. IX. 24. ἀγωνιζόμενος *certans*, *certator*, *athleta*.

de ea Participia ſunt efformata, requirunt, ſic Gen. XXIV. 3. בּוֹא בְּרוּךְ יְהוָה *Ingredere benedicte Domini*, ideſt a Domino Cant. II. 5. חוֹלַת אַהֲבָה Aegra amoris, ideſt prae amore. (*) Mutuo inter ſe ſubinde permiſcentur, quoad ſignificantiam haec duo Participia, ut unum pro altero accipiatur: ſic Jerem. IV. 31. עָיְפָה נַפְשִׁי לְהֹרְגִים *Laſſata eſt anima mea propter interficientes*, ſenſus heic expoſcebat propter interfectos, & Jerem. VII. 25. הַשְׁכֵּם וְשָׁלוֹחַ *mane ſurgens, & miſſus*; quum ſatius debuiſſet dici, & *mittens*. Verum ſuper Partici-

(o) Iſai. LIII. 4. Percuſſus *Dei*, ideſt *a Deo*, Pſal. XXII. 7. Contemtus *plebis*, ideſt *a plebe* Iſa. XXI: 7. Occiſi *ejus*, ideſt *ab eo* Sof. I. 7 Invitati *ejus*, ideſt *ab eo*. Iſa. LIV. 13. docti *Dei*, ideſt *a Deo*. Job XIV. 1 Natus *mulieris*, ideſt *ex muliere*. Pſal. CXIX. 1 Integri *viae*, ideſt *via* pro vita. Pſal. XXIV. 3. Innocens manuum, & mundus cordis ideſt *manibus*; *corde*. Ex N. Teſtam. Matth. XXV. 34. venite, *benedicti Patris mei*. ideſt a Patre meo Matth. XI. 1. Inter natos mulierum, ideſt *ex mulieribus*. Joh. VI. 45. Erunt omnes docibiles *Dei*, ideſt *a Deo*. Quemadmodum apud Latinos haud rarenter occurrit. *Metuens legum: aeger animi reverens Deorum, integer vitae, ſceleriſque purus.*

ticipio hoc Benoni quid preſſius, ac ſcitu dignius exponamus.

Pro univerſis commonſtrandis temporibus valere poteſt hoc Participium: Verum duplici via, aut ratione admodum perſpicua & aperta, nimirum acceſſione Verbi Subſtantivi *ſum*, *es*, *eſt*; aut citra hoc Subſtantivum verbum ratione minus perſpicua & patenti, de hac poſtrema ratione nunc quidem videbimus, viſuri poſt hac de altera priori. Et quidem uſurpatur hoc Participium pro Imperfecto tempore, quin & pro Perfecto, ſubinde pro Futuro, & pro Participio Futuro, ut, Gen. II. 10. וְנָהָר יֹצֵא מֵעֵדֶן. *Et fluvius egrediens de Heden*, ideſt egrediebatur (*) Deut. IV 3. עֵינֵיכֶם הָרֹאוֹת אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה יְהוָה *Oculi ve-*

x

(*) Exod. XIII. 21, Et Dominus *antecedens* eos, ideſt *antecedebat*. Ibid. XIV. 8. Et filii Iſraël *egredientes* in manu excelſa, ideſt *egrediebantur*.

veſtri videntes , *quae fecit Dominus* , ideſt viderunt. Deut. II. 4. אַתֶּם עֹבְרִים בִּגְבוּל אֲחֵיכֶם *Tranſeuntes per terminos fratrum veſtrorum* , ideſt tranſibitis . (*) Exod. XI. 5. מִבְּכוֹר פַּרְעֹה הַיֹּשֵׁב עַל כִּסְאוֹ *A primogenito Pharaonis ſedente ſuper thronum ejus*, ideſt ſeſſuro (**). Quandoquidem, ut ejus fert nominis nomenclatio , *Benoni* , pro illo accipitur tempore , quod interjacet venturum , & tranſactum, pro Praeſenti inquam tempore adhibetur, ut plurimum maxime ſi praepoſitum teneat Subſtantivum Pronomen , ut Exod. XXIII. 20. הִנֵּה אָנֹכִי שֹׁלֵחַ מַלְאָךְ לְפָנֶיךָ *Ecce ego mit-*

(*) Gen. VI. 17. *Adducens* diluvium , ideſt *adducam*: Ibid. XX. 3. Et dixit illi , en tu *moriens* , ideſt morieris 2. Reg. IV. 16 In tempore iſto tu *amplexans* filium , ideſt *amplexaberis* , ſeu juxta Vulgatam , *in utero habebis filium.*

(**) Eccl. II. 16. Dies *venientes* , ideſt *venturi*. Jon. I. 3. Et invenit navem *euntem* in Tharſis , ideſt *mox ituram*. Ex N. Teſtam. Matt. XI. 3. Tu es *ὁ ερχόμενος* veniens ? ideſt *qui venturus es* ? Sic & Apoc. I. 8 Qui eſt , & qui erat , & *veniens* , ideſt *qui venturus eſt*. 2. Pet. III. 11. *His igitur omnibus diſſolutis*. Vulgata autem habito ſenſus reſpectu vertit multo melius : Quum igitur iſta omnia diſſolvenda ſint , Heb. XI. 21. Jacob *moriens* , ideſt *jam jam moriturus.*

mittens Angelum meum ante te, ideſt mitto. Jud. II. 14. *An ad occidendum me* אַתָּה אֹמֵר *tu loquens?* ideſt loqueris? Quin & ſine Pronominibus Subſtantivis, praeſertim in tertia perſona, quae conſtituta jam appareat, ut Eccl. IV. 5. הַכְּסִיל חֹבֵק אֶת־יָדָיו *Stultus complicans manus ſuas*, ideſt complicat.

Ratione autem clariori magiſque perſpicua ob Subſtantivum verbum haec ſunt Exempla 2. Sam. III. 6. אַבְנֵר הָיָה מִתְחַזֵּק Abner fuit fortificans ſe, ideſt confortavit ſe. Gen. XXIV. 49. אִם־יֶשְׁכֶם עֹשִׂים חֶסֶד Si eſtis vos exercentes benignitatem (*) Interdum Ellipſis eſt Participii,

(*) Rebellantes fuiſtis Deut. IX. 7. ideſt *rebellaſtis*. Et fui jejunans & orans, Neh. I. 4. ideſt *jejunavi*, *& oravi*. Eratque David exercens judicium, 2. Sam VIII. 15 hoc eſt *exercebat*. Et fuerunt offerentes holocauſta, 2. Paralip XXIV. 14. ideſt *obtulerunt*. Erantque facientes, 2. Reg. XVII. 29. ideſt *faciebant*. Et eſto dividens, Gen. I. 6. hoc eſt *dividat*. Quod loquendi genus Graecis Latiniſque tritiſſimum *κ' σιωπήσας ἔσῃ* non *tacens eris*, *θεὸς ἦν ἐν χριςῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ*, Deus *erat* in Chriſto mundum *reconcilians* ſibi 2. Cor. V. 19. Et Cicero de Orat. *Eſt*, ut ſcis: quaſi in extrema pagina Phaedri, his verbis *loquens* Socrates, &c.

ut וָאֶהְיֶה מֵאֹהֶל אֶל־אֹהֶל Et fui de tentorio in tentorium 1. Par. XVII. 5. ſcilicet מִתְהַלֵּךְ itans. Interdum vero Subſtantivi verbi in aliquo trium horum temporum Praeſenti nimirum, ut Praeterito, aut Futuro; ad quam ſcilicet Ellipſin ſuperius adducta exempla ſunt trahenda, in quibus Subſtantivum verbum deſideratur: ſatius, hoc affirmare licebit, quam quod Participium pro hiſce omnibus temporibus aliquando ſumatur, ſic & in iſto Jeſ. I. 7. זָרִים אֹכְלִים אֹתָהּ *Extranei comedentes eam*, ſupple הָיוּ fuerunt, *fuerunt comedentes*, idem propemodum ac *comederunt*.

Noviſſimum inter tempora locum obtinet Futurum, quod & pro Praeterito adhibetur miniſterio illius ו quod converſivum vocant, Gen. I. 2. וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים *Et dicet Deus*,

Deus, ideſt dixit. Et citra illud ו etiam verum minus ſollemni more Exod. XV. 5. תְּהֹמֹת יְכַסְיֻמוּ יָרְדוּ בִמְצוֹלֹת כְּמוֹ אָבֶן *Abyſſi operient eos, deſcendent in profundum quaſi lapis*, ideſt operierunt; deſcenderunt (*) Et adhibetur pro Praeſenti. Job. I. 7. מֵאַיִן תָּבֹא *unde venies?* ideſt venis, (**) Nec infrequenter pro Imperfecto, Job. I. 5. כָּכָה יַעֲשֶׂה אִיּוֹב כָּל הַיָּמִים *Sic faciet Job cunctis diebus*, ideſt faciebat. (***) Pariterque pro Pluſquamperfecto, Gen. II. 2. וַיְכַל אֱלֹהִים בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי מְלַאכְתּוֹ *Et*

(*) Jud. II. 1. *Aſcendere faciam* vos de Aegypto, ideſt *aſcendere feci*. 2. Sam. XII. 31. Sic *faciet* omnibus Civitatibus Ammonitarum, ideſt *ſic fecit*. Ibid. III. 33. An ſecundum mortem ſtulti *morietur* Abner? ideſt *mortuus eſt*. Job. IV. 15. Spiritus ante faciem meam *tranſibit*; *horrificabit pilos* carnis meae, ideſt *tranſiit*, *horrificavit*.

(**) Gen. II. 10. Et flumen inde *dividetur* in quatuor capita, ideſt *dividitur*. Job, III. 19. Quare *dabit* aerumnoſo lucem? ideſt *dat*. Pſal. I. 2. Et in lege ejus *meditabitur* die, ac nocte, ideſt: *meditatur*. Pſal. XXII. 3. Deus meus *clamabo* interdiu, & non *exaudies*, ideſt, *clamo*; *exaudis*. Pſalm. XXX. 6. In manus tuas *commendabo* ſpiritum meum, ideſt *commendo*. Ex N. Teſtam, Luc. XXIII. 46. Pater, in manus tuas παραθήσομαι *commendabo*, ſpiritum meum, ideſt *commendo* nunc in praeſentia. Rom. III. 30. unus Deus, qui *juſticabit* δικαιώσει circumciſionem ex fide, ideſt *juſtificat*, &c.

(***) Iſa, VI. 2. Duabus *velabit* faciem ſuam, ideſt *velabat*.

Et complevit Deus die ſeptimo opus ſuum, ideſt compleverat. (*) Quod pro Imperativo uſurpetur, ſupervacaneum duco huc alia comportare exempla, praeter ea, quae de Imperativo ſuperius ubi egimus ſufficienter attulimus.

Ad Perſonas animum ſi convertamus; duo quidem ſuper hiſce licebit obſervare, unum quod tertia Perſona activi verbi, tam ſingularis numeri, quam multitudinis, efficit ut verbum convertatur in Paſſivam ſignificationem, quoties minime expreſſum ſit in oratione illud nomen quod concordet cum tertia illa Perſona, ut Gen. XVI. 14.

עַל־כֵּן

(*) *Compleverat*, & non *complevit*, inquit Druſius l. IV. praeteritorum pag. 123. *Completio ſiquidem operis eſt opus, ſi complevit die ſeptimo, igitur opus fecit nec plane requievit illo die.* Id movit Graecos, ut diem ſeptimum mutarent in diem ſextum, contra Codicum omnium fidem: Sic enim habent LXX. Et perfecit Deus ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ in die ſexto opera ejus, quae fecit. Et requievit τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ die ſeptimo ab omnibus operibus ejus; quae fecit. *Subiungit Druſius*: Hujuſcemodi obſervationes licet leves videantur, non ſunt contemnendae; nam ignoratae magnas quandoque tenebras offundunt magnis viris.

עַל־כֵּן קָרָא לַבְּאֵר *Iccirco vocavit puteum*, ideſt vocatus eſt puteus. (*) Alterum eſt, quod in eodem ſenſu Nomen quod eſt, puta, ſecundae perſonae, evadat tertiae, ut Pſ. XVIII. 29. כִּי אַתָּה תָּאִיר נֵרִי יְהוָה אֱלֹהַי יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי Quoniam tu *illuminabis* lucernam meam, Domine, Deus meus *illuminabit* tenebras meas. (**)

Ex-

(*) Perſona illa tertia cujuſcunque ſit numeri ſive nnitatis, ſive multitudinis, quoties minime expreſſum nomen praeſeferat unde actio proficiſcatur, ſubaudire facit aut *Iſc* homo, aut *Anaſcim* homines, quod profecto nomen *Homo* repraeſentatur examuſſim, imo eadem eſt ac Italia vox *Uom*, & Gallica *On*, quae a veteri *boms* pro explorato eſt, quod deſcendat. Exod. X. 21. Extende manum tuam verſus Caelum, ut ſint tenebrae ſuper terram Aegypti, & *palpabit tenebras*, ideſt *palpabuntur tenebrae*, on touchera les tenebres 1. Sam. XXIII. 22. Quia *dixit mihi*, ideſt *dictum eſt* on m'a dit. Job. III. 2. Pereat dies in qua *dixit* natus eſt homo, ideſt dictum eſt, Mich. II. 4. In illa die *proferet* ſuper vos parabolam, ideſt *proferetur parabola*. Iſa. LXIV. 3. A ſeculo non *audiverunt*, *neque auribus perceperunt*, ideſt non auditum eſt, nec perceptum auribus eſt. Job. VI. 3. Noctes moleſtiae *conſtituerunt* mihi, ideſt conſtitutae ſunt mihi. Ex N. Teſtam. Luc. XII. 20. Stulte hac nocte animam tuam *repetent* a te, ideſt repetetur Ibid. cui *commodaverunt*, multum, plus *petent* ab eo. Id. VI. 38. menſuram bonam *dabunt* in ſinum veſtrum, Joh. XV. 6. Colligent eum & in ignem *mittent*. Apoc. XVI. 15. Ne *videant* turpitudinem ejus, cetera.

(**) Deut. XXXII. 15. Et impinguatus eſt Iſſiron, *ideſt* Iſraël, & recalcitravit. *Hucuſque tertia perſona, mox ſit tranſitus ad primam* Impinguatus es, incraſſatus es, adipe obductus es, *denique rurſum redit ad tertiam*. Et dereliquit petram ſalutis ſuae. Nehem. IV. 12. Et fuit quum veniſſent Judaei habitantes apud eos, & dixiſſent nobis decem vicibus ex omnibus locis quibus *veneratis* ad nos, pro *venerant*, quemadmodum in Vul-

gata

Excipiunt Perſonas Gerundia, quae activa quum ſint, paſſivam ſaepenumero induunt ſignificantiam, Gen. IV. 13. Major eſt iniquitas mea מִנְּשׂא *a remittendo*, ideſt quam ut remittatur. (*)

Quod autem reſtat ſuper Conjugationibus eſt, quod mutuo inter ſe haec quoad ſignificationem commutantur, in primis verba in Hiphil exhibita per primam Conjugationem Kal, ut illud Pſalmi LI. 7.

Emi-

gata legitur Pſal. XXII. 27. Edent pauperes, & ſaturabuntur, laudabunt Dominum qui requirunt eum: vivat cor veſtrum in aeternum. *Vulgata habet* vivant corda eorum in ſeculum. Pſal. LXXXXI. 6. Quum exiret in terram Aegypti, linguam quam non novi, audivi; *Vulgata ſic habet*: linguam, quam non noverat audivit. Ibid. verſ. 17. Et cibavit eum ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturabo te. *Vulgata* ſaturavit eum. Iſa. XXII. 19 Et expellam te de ſtatione tua, & de ſtatu tuo diruet te, *Vulgata nihilominus habet*; & de miniſterio tuo deponam te: Innumeraque ejus generis, ſic ad Rom. Paullus VII. 4. Itaque fratres mei, & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius qui ex mortuis ſurrexit *ut fructificemus* Deo, ideſt *ut fructificetis*.

(*) Gen. IV. 26. Tum coeptum eſt *ad invocandum* in nomine Domini. Verbum activum in Gerundio, ait Druſius l. 6. Praeteritorum pag 198. habere ſignificationem paſſivam. Tunc coeptum eſt *ad invocandum* nomen Domini, ideſt *invocari* Exod. IX. 16. Propter hoc excitavi te ad *enarrandum* nomen meum, ideſt ut enarretur. Pſal. XLII 4. *In dicendo* mihi quotidie, ideſt dum dicitur mihi quotidie. Pſal. V. 6. ut purus ſis *in judicando te*, ideſt dum judicaris; aliaque id genus ut & apud Latinos Virg. Eclog. 8 *cantando* rumpitur anguis. & Aeneid. uritque *videndo* femina, ideſt *dum cantatur*, *dum aſpicitur*, *videtur*, &c.

Emigrabit te, ideſt emigrare faciet. Hebraeus habet וְיִסָּחֲךָ מֵאֹהֶל & abradet te de tabernaculo (*).

REGULA XI.

De duorum Verborum Conjunctione, proindeque de Verbo Infinito.

Si duo concurrerint Verba, abſque eo quod aliquam in medio includant ex his particulis, *quod* nimirum, *ne*, *ut*, ceteraſque id genus alias, tunc verbum quod priori ſubſequitur, in Infinitivo ſtatuetur; hoc in more poſitum eſt apud Latinos, neque a Latinis hac in parte abhorrent Hebraei, niſi ſi viderint אֲשֶׁר aut כִּי interpoſitum inter antecedens verbum, & ſubſequens, ſic Jeſ. XXVIII. 12. לֹא־אָבוּ שְׁמוֹעַ Non voluerunt audire. Ruth. II. 8. אַל־תֵּלְכִי לִלְקֹט

y

(*) Jonae III. 7. Et clamavit Rex, ideſt *clamare fecit*. Oſe. VIII. 4. Ipſi regnaverunt, ideſt Regem ſibi conſtituerunt, Rom. VIII. 26. Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ideſt poſtulare facit. 2. Cor. II. 14. Deus triumphat nos, ideſt triumphare facit nos &c. Interdum ponitur Conjugatio Hophal pro Hiphil, Nehem. I. 9. & ſaepenumero illa Hitphahel pro Niphal

לְלַקֵּט בְּשָׂדֶה אַחֵר Ne eas ad colligere (ideſt *ad colligendum*) in agro alieno. Poſterius verbum quod in Infinitivo ponitur, ſi verbum Subſtantivum ſit, frequenter admodum ſupprimitur, ut Gen. II. 18. *Non bonum, eſse hominem ſolum* לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ, ideſt *non bonum eſt eſse hominem ſolum*. Ecce tibi quod ſuppreſſum intueris verbum *eſt*, fungens officio verbi finiti. Itemque ſi fungatur officio verbi Infiniti, ut in Pſal.IX.21. יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה. *Sciant gentes, homines ipſos*, ſcilicet *eſse*. Zach.VIII.29. שָׁמַעְנוּ אֱלֹהִים עִמָּכֶם *Audivimus, Deum vobiſcum*, ideſt *eſse*. Uſuvenit aliquando, ut & alia quoque verba praeter hoc verbum *eſt*, ſupprimantur. (Sed mira cum elegantia) quando ſtatui debuiſſent in Infinitivo, ut Jeſ.I.13. לֹא־אוּכַל אָוֶן *Non queo iniquitatem*,

tem, ſupple נְשׂוֹא *ferre*. Videſis & Hoſ. VIII. 5. & Pſal. CI. 5.

Omnino igitur Infinitivus emergit, ſi è medio duorum verborum particulae quas ſupra memoravimus, auferantur. Et quamvis Verbum ſubſequens videatur in forma Finiti cum ו praefixo, vel ſine prorſus illo, non continuo deſinit eſſe modus Infinitivus, ſaltem quoad ſignificationem, ut Eccl. VIII. 3. אַל תִּבָּהֵל מִפָּנָיו תֵּלֵךְ *ne perturberis a facie ejus abibis*, ideſt *abire*. (*) Cum ו praefixo, ut Gen. IX. 20. וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה וַיִּטַּע כָּרֶם (**) *Et coepit Noë vir terrae, & plan-*

(*) 1. Sam. II. 3. Ne multiplicetis *loquemini* ſublimia, ideſt *loqui*, vel ut habet Vulgata: *Nolite multiplicare loqui ſublimia.* Iſai. XLVII. 1. *Non addes vocabunt te teneram* τὸ *vocabunt*, ut ſuperiori Reg. ubi egimus de Perſonis vidimus, idem propemodum eſt ac *tu vocaberis*, locus igitur: *non addes vocaberis*, nonne profecto idem, *non addes vocari*, quid ſibi autem velit; *non addes vocari*, ex inferius dicendis abunde clareſcet; nimirum quod *non amplius tu vocaberis tenera*.

(**) Eſth. VIII. 6. Quomodo *potero & aſpiciam* perditionem gentis meae, ideſt potero aſpicere. Iſai. I. 19. Si *volueritis, & audieritis*, &c. ideſt *volueritis audire.* Ferme idem habet Paullus ad Rom. X. 20. Iſaias vero *audet & dicit*, ideſt *audet dicere.*

plantavit vineam, ideſt coepit plantare.

Duo ſunt obſervatu digniſſima in iſthoc duorum verborum concurſu, verum ante alias res obſervetur velim, utrum ab eadem radice illa duo verba deſcendant, nec ne. Si verba non ab eadem radice deſcendant, & tunc frequentiſſime (quod eſt primum obſervatu digniſſimum) per adverbium redditur verbum illud Finitum, & Infinitum tranſit ad locum Finiti, ita Pſalm. XXXIII. 3. *Benefacite pulſare* cum clangore הֵיטִיבוּ נַגֵּן בִּתְרוּעָה, ideſt *optime pulſate*. Pſal. CXXVI. 2. הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת עִם אֵלֶּה *Magnificavit* Dominus *facere* cum illis, ideſt *magnifice fecit*, *egit*. (*) Sin vero ab

(*) Gen. VIII. 10. Et *adjecit mittere* columbam ex arca, hoc eſt iterum emiſit, ſic verſ. 12. & 20. & alias ſaepenumero hoc verbum per *Iterum*, *Deinceps*. *Denuo* exponitur Gen. XII. 11. Quum *appropinquaſſet venire* in Aegyptum, ideſt quum prope eſſet, ut ingrederetur in Aegyptum. Eſrae IX. 14. An *revertemur ad irritafacienda* praecepta tua? ideſt *an rurſum irrita faciemus*: &c.

Gen.

ab eadem descendant radice, & tunc (quod est alterum observatu dignissimum) advertatur utrum praecedat Finitum Infinito, an subsequatur. Si praecedit, certe quod portendet continuationem rei, ut Jos. XXIV. 10. וַיְבָרֶךְ בָּרוֹךְ אֶתְכֶם *Et benedixit benedicendo vobis*, idest sine intermissione benedixit vobis. (*) Sin vero subsequatur, indicio nobis erit atque argumento firmitatis, certitudinisque rei, ut Gen. II. 16. מִכֹּל עֵץ הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל Ex omni arbore horti *comedendo comedes*, idest licenter, libere comedes, prorsus comedes, utique

Gen. IV. 2. Et *addidit parere*, idest, *iterum peperit*. 1. Reg. XIII 17. Non *reverteris ad eundum per viam*, idest *non ibis amplius per viam*. Gen. XXVI. 18. Et *reversus* est Isaach, & *fodit*, idest *iterum fodit*. Gen. XXXI. 8. *Stultus fuisti agere*, idest *stulte egisti*; & sexcenta id genus alia, etiam ex N. Testam. ut Luc. XX. 11. Et *addidit mittere*, idest, *iterum misit*. Act. XV. 16. Post haec *convertam, & aedificabo*, idest *rursus aedificabo*, &c.

(*) Jer. XXIII. 17. *Dicunt dicendo* spernentibus me, hoc est continenter dicunt. Dan XI. 10 & *veniet veniendo*, & inundabit sic Num. X. 32. Zach. VIII. 21. Jos. VII. 7. *Flete, flendo* propter abeuntem Ier. XXII. 10. idest sine intermissione plorate,

que comedes &c. (g)

Super hoc insuper te monitum volo, quemadmodum sub א vocis אֱכֹל sit (ֱ). Equidem non ignoras, ut Infinitivi *Kal* bissyllabi prior vocalis littera sit vel (ָ), vel (ְ), inquiendo vel מָכוֹר vel מְכוֹר In hac porro structura, de qua hoc loci sermo est, sola vocalis littera (ֹ) usurpatur. Dari potest quod ejusmodi Infinitivum verbum sit monosyllabum, & tunc propria vocalis littera immutata relinquetur, ut לֹא־מוֹת תְּמֻתוּן Non moriendo moriemini, Gen. III. 4. Haud infrequenter subinde reperies, hanc fieri structuram ex Conjugationibus diversis, ejusdemque tamen radicis, ut Exod. XIX.

(*) Gen. XXXVII. 33. *discerpendo discerptus est* Ioseph, id est sine ulla dubitatione discerptus est. 2. Reg. III. 23. Desolando desolati sunt Reges isti 1. Sam. XXIII. 21. Calliditate utendo callide aget ipse. Psal. XLIX. 8. Fratrem non redimendo redimet quispiam Ezech. XVI. 4. Fasciando non fuisti fasciata. Habac. II. 3. Quia veniendo veniet & non tardabit. Isa. VI. 9. Audite audiendo, & non intelligetis; & videte videndo, & *non cognoscetis*. Quae verba Matthaeus XIII. 14. sic reddit, Auditu audietis, & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicietis.

XIX. 13. סָקוֹל יִסָּקֵל Lapidando lapidabitur, lapidibus obruetur, &c.

REGULA XII.

De triplici Verborum specie, in Activa nimirum Passiva, & Neutra, inprimisque de Substantivo Verbo.

Verba omnia, quorum agendi vis ab uno aliquo profecta in alium aliquem diversum dirigatur, accusandi casum ipsa procul dubio amant, qui casus accusandi nunc praesefert notam particulam אֶת, aut אוֹת, ut Exod. XX. 12. כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ *Honora patrem tuum, & matrem tuam*. Nunc vero secus, ut Deut. IV. 32. בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם *Creavit Deus hominem.*

In Passivis autem Verbis illud Nomen, in quod actio dirigitur, ponitur in casu recto; & in Ablativo cum *a*, seu *ab*, nomen illud e quo actio

actio proficiſcatur : haec profecto Latinorum conſuetudo eſt , at in Hebraico caſus rectus praeſeferet particulam אֵת, atque Ablativus cum *a* , ſeu *ab* , vel adſumit praepoſitionem מִן , vel לְ , quod ſignum eſt , uti noſtis , dativi caſus , ſic Gen. XVII. 5. לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת שִׁמְךָ אַבְרָם *Non vocabitur amplius nomen tuum Abram*. Jerem. L. 20. יְבֻקַּשׁ אֶת־עֲוֹן יִשְׂרָאֵל *Requiretur iniquitas Iſraëlis*; ſuper ablat. cum מִן , vel לְ, ut Iſa. XXIII. 7. נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן Abſorpti ſunt a vino Iſa. LXV. 1. נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי Quaeſitus fui *iis* (ideſt *ab iis*) qui non interrogabant; inventus ſum *iis*(ideſt *ab iis*) qui non quaerebant me, Gen. XXXI. 15. נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ Extraneae reputatae ſumus ei (ideſt *ab eo* .)

Verba Neutra (quorum ſcilicet actio

actio in eumdem regreditur subjectum, unde exivit) rectum casum amant cum particula אֵת aeque ac passiva verba, ut 2. Reg. VI. 5. וְאֶת־הַבַּרְזֶל נָפַל עַל הַמָּיִם Et ferrum cecidit in aquas. Nehem. IX. 19. אֶת־עַמּוּד הֶעָנָן לֹא סָר Columna nubis non recessit, aliaque non pauca exempla.

Agendum nobis in praesentia est de Verbo Substantivo, atque ut rite, clariterque procedat sermo noster super hujusmodi verbo, considerabimus primum ejus efformationem; tum casum, quem vel ante, vel pone se adsciscit; Deinde ejus significationem, quippe non *exsistere*, tantum significat, sed *habere*, & *commutari*. Quartum denique Adjectionem ejus, & conjunctionem cum Substantivo nomine abstracto:

Atque ut ab ejus efformatione exor-

ordiar, aut hoc Subſtantivum verbum exprimitur, aut non exprimitur, ſi exprimitur erit I. vel הָיָה, ut Deuteron. XXVIII. 29. וְהָיִיתָ מְמַשֵּׁשׁ בַּצָּהֳרַיִם Et eris palpans in meridie II. vel Defectivum יֵשׁ. aut אִשׁ, aut אִישׁ utriuſque numeri 2. Sam. XIV. 19. אִם־אִשׁ Si eſt. Prov. XVIII. 24. אִישׁ רֵעִים ſunt amici. Eſth. III. 8. יֶשְׁנוֹ Eſt ipſe Gen. XXIV. 49. אִם־יֶשְׁכֶם עֹשִׂים Si eſtis vos facientes (*) III. Vel Pronomen primae & ſecundae perſonae Subſtantivo nomini poſtpoſitum, vel Pronomen tertiae deſtitutum articulo, ut Gen. III. 19. כִּי עָפָר אַתָּה Quod pulvis tu, nimirum *es* Gen. III. 11. כִּי־עֵירֹם אָנֹכִי Quod nudus ego, videlicet *ſum*.

Ec-

(*) Verum non, ut collibitum tibi fuerit, hiſce Defectivis Subſtantivis verbis uti licebit; ſectari namque debes illa Scripturae exempla, imo uti iacent tibi vindicare quoties e re tua faciant: minime tamen audere aliis Pronominibus ea affigere; aut ſcribendi illa, rationem invertere, quoties Codicum ſacrorum exempla minime adprobant.

Eccl. I. 10. זֶה חָדָשׁ הוּא Iſte novus ipſe, nimirum *eſt*. Gen. III. 17. כִּי עֵירֻמִּים הֵם Quod nudi ipſi, videlicet *eſſent*. Sin autem Subſtantivum verbum minime exprimetur, & tunc exprimet illud Adjectivum nomen Subſtantivo praepoſitum, ut Gen. IV. 13. גָּדוֹל עֲוֹנִי מִנְּשֹׂא *major iniquitas mea, quam ut ſuſtinere valeam*, ideſt, *major eſt.* Vel Pronomen, uti abunde diximus. Reg. VIII: pag. 31. Et de Adjectivo in exordio ſextae Regulae.

Pro regimine hujus verbi Subſtantivi, utpote quod duo nomina iſtud Subſtantivum verbum ſimul copulat conjungitque, in eodem ſcilicet caſu antecedens nomen exoptat, ac conſequens; eapropter ſi Finitum illud ſit, ambo Nomina in caſu recto ſtatuantur neceſſe eſt; ſin vero Infinitum, in caſu Accuſativo,

ſic Gen. III. 1. וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם *Et ſerpens erat callidus*. Antecedens nomen ceteroqui. ſtatuendum in caſu recto, admittit ſubinde particulam אֵת quando eſt Finitum verbum Subſtantivũ eſt. At quorſum inquies iſthuc? quia verbum Subſtantivum tunc refert Syntaxim verborum Neutrorum, uti modo accepiſti, in quorum cenſu ipſum profecto reputatur, ſic Gen. I. 29. Et omnis arbor fructifera &c. vobis erit in cibum וְאֶת־כָּל הָעֵץ &c. לָכֶם יִהְיֶה לְאָכְלָה.

Verum propius perſcrutemur iſthaec duo Nomina a latere Subſtantivi verbi conſtituta. Prius Nomen in caſu recto poſitum, ſi ſit Pronomen perſonae primae, aut ſecundae, ut plurimum reticetur, ut in modo allato exemplo: *& eris palpans in meridie*, ideſt *tu eris palpans*. Poſte-

ſterius autem vertitur haud infrequenter in Ablativo cum ב, quod per rectum elegantiſſime reddi poteſt, ut Jud. XI. 35. אַתְּ הָיִיתְ בְּעֹכְרָי Tu es in perturbatoribus meis, ideſt perturbans me, vel turbator meus (*) Subſtantivum verbum hoc ſenſu aliquando deſideratur ut in Pſal. CXVIII. 7. יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי Dominus mihi in auxiliatoribus meis, ideſt Dominus eſt mihi &c. Vertitur & in Accuſativum cum ל, expreſſo tamen Subſtantivo verbo. τὸ ל reſolvitur item in Nominativum, vel in Genetivum per *loco*, *vice*, aut Ablativum per *pro*, ut Gen. XVII. 4. וְהָיִיתָ לְאַב הֲמוֹן גּוֹיִם Eriſque in

(*) Pſal. LIV. 6. Dominus in ſuſtentatoribus animam meam, ideſt *ſuſtentans me*. Prov. XXII. 26. Ne ſis inter complodentes manus. Prov. XXIII: 20. Ne ſis in potatoribus vini, in comeſſatoribus carnis, ideſt *ne ſis potator*, & *comeſſator*. Exod. IV. 16. Tu eris ei in Deum, ideſt *loco Dei*. Pſal. XCIX. 6. Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus ejus, ideſt *Sacerdotes ejus*. Gen. II. 24. Et erunt in carnem unam, ideſt, *una caro*. Et alia quae adnotavimus in formatione Adjectivi, Reg. III. pag. 88. Itemque in Novo Teſtam. Matth. XIX. 5. Et erunt duo in carne una, ideſt *una caro*. Id. XXI. 42. Lapis quem reprobaverunt aedificantes: hic factus eſt *in caput* anguli, ideſt *factus eſt caput anguli*. 1. Joh. V. 8. Et hi tres *in unum* ſunt, ideſt *unum* ſunt.

in Patrem multitudinis Gentium, hoc est *Erisque Pater*. Exod. II. 10: וַיְהִי לָהּ לְבֵן fuitque ei in filium, idest loco filii (*)

Varia quidem ac diversa est hujus Substantivi verbi significatio, praeter vulgarem illam, qua significat *esse*, *exsistere*, habet etiam significare *converti*, *habere*; dum *habendi* significantiam retinet, illa persona quae habet, ponetur in casu Dativo, ut Gen. XLIV. 19. הֲיֵשׁ־לָכֶם אָב אוֹ־אָח Estne vobis pater, aut frater? Gen. IX. 25. עֶבֶד עֲבָדִים יִהְיֶה לְאֶחָיו Servus servorum erit fratribus suis, idest pro famulo vilissimo contemtissimo habebunt illum fratres sui (**). Saepe-

(*) Num. X. 31. *Erisque nobis in oculos*, idest *oculorum loco*. Psal. CVI. 31. *Et reputatum est ei in justitiam*, idest *pro justitia*, 1. Sam. I. 13. *Et reputabat eam Heli in ebriam*, idest *pro ebria*. Exod. IV. 16. *Ipse erit tibi in os, tu verò sis ipsi in Deum*, hoc est *vice oris*, *vice Dei*, &c.

(**) Num. XX. 20. Et non erat aqua coetui. Psal. LXIX. 9. Extraneus fui fratribus meis. Lev. XXII. 12. Filiae Sacerdotis quum fuerit viro alieno. Job. XXX. 9. Et sum eis in dicterium. Gen. XLIV. 9. Quin etiam nos erimus Domino meo in servos, cetera.

penumero desideratur verbum est, ut Gen. XVIII. 10. Et Sarae filius וּלְשָׂרָה בֵן, idest *erit* (*). Habet vero significationem *convertendi*, quoties unius rei in aliam couversio commonstratur, ut Exod. IV. 4. *Et* (serpens) *factus est in baculum in manu ejus* וַיְהִי לְמַטֶּה בְּכַפּוֹ, idest *conversus est in baculum*. Ibid. vers. 9. וְהָיוּ לְדָם בַּיַּבָּשֶׁת Sintque in sanguinem in arida, hoc est *convertantur* in sanguinem super terram.

Quod denique restat observatu super hoc Substantivo verbo, est, quod si adhaereat alicui Substantivo nomini abstracto, uti ajunt, quod stet loco concreti, tunc ei vim tribuet nominis Adjectivi, ut Gen. XI. 2. וֶהְיֵה בְּרָכָה *Est esto benedictio*, idest *benedictus*; vel esto magis

(*) Cant. I. 6. *Vineam meam, quae mihi, non custodivi*. idest *quae est mihi*, Gen. XII. 6. *Et labium unum omnibus illis*. supple *est*.

gis magiſque benedictus. Vide ſuper hoc Superlativi conſtructionem pag. 99. (*)

REGULA XIII.

De Verbi convenientia cum ſuo Nomine.

Ubi Verbum juxta ejus omnes partes fuerimus contemplati, ejuſdemque varias ſpecies, operae pretium eſt in praeſentia, ut illud cum Nomine componamus, quo recta inde progrediatur oratio. Plura interdum Nomina uni verbo ſe adjungere aſſolent, verum alia quidem agentis vice funguntur, alia vero patientis, dignoſcere autem ecquandonam ſit agens, ecquando vero patiens, in hac maxime Lingua difficile haud eſt, quae ſimplicitatis

(mm) Gen. III. 6. Et quod deſiderium ipſa eſſet oculis, ideſt *deſiderata, concupita*, vel *deſideratiſſima, gratiſſima*. Cant. V. 16. Palatum ejus eſt *dulcedines*, totus ipſe eſt *deſideria*, hoc eſt *dulce, deſideratus*, vel *dulciſſimum, deſideratiſſimus*. Ezech. XXXV. 15. *Deſolatio* eris mons Sehir, ideſt *deſolatus*, vel *deſolatiſſimus*. Ezech. II. 7. Quia rebellio ipſi ſunt, ideſt rebelles refractarii, vel maxime rebelles &c.

tatis plurimum habet, neque a naturali dicendi ordine adeo abhorret, quemadmodum & Graeca, & Latina. Nomen agens ut plurimum praeit, deinde verbum ſubſequitur, tum deinceps, & accuſandi caſus, & reliqui alii ſi forte adfuerint aut cum praepoſitionibus, vel ſine: licet ſubinde aliqua & heic occurrat partium orationis tranſpoſitio, ut Gen. I. 1. בָּרָא אֱלֹהִים *Creavit Deus*, non *creavit Deum*. Iſa. I. 14. חָדְשֵׁיכֶם וּמוֹעֲדֵיכֶם שָׂנְאָה נַפְשִׁי *Neomenias veſtras, & ſolemnitates veſtras odit anima mea*. Nos ceteroqui non aliud inter Nomina heic conſideramus, quam agens ſolum, quocum convenire debet verbum; ſiquidem ea nomina, in quae verbi actio ſe dirigit, utpote quia modo unum modo vero alium obliquum caſum expoſcunt ad ſequentes

tes Regulas rejiciemus.

Intuentes igitur nos verbum tanquam Finitum, iſtud profecto concordare debebit in ſexu, numero, & perſona cum eo nomine, unde ſua progreditur actio: Progreditur interdum non ab uno nomine verbi actio, verum a pluribus. Claritatis ergo rem ita diſpeſcemus. Primum ipſi obſervabimus convenientiam verbi cum uno nomine, tum vero cum pluribus.

Genus in hac convenientia verbi cum uno nomine, diſconveniens aliquando deprehenditur, ut Jud. XI. 39. וַתְּהִי חֹק בְּיִשְׂרָאֵל *Fuitque ritus in Iſraël*, tanquam ſi חֹק eſſet feminini generis (*). Itemque numerus eſt diſcordans; modo exiſtat verbum in numero plurali, & no-

(*) Gen. XXIV. 14. *Eritque* (maſc.) *puella* (fem.) Gen. XXX. 39. *Et conceperunt* (maſc.) *oves* (fem.) Exod. XII. 16 *ullum opus* (fem.) *non fiet* (maſc.) *in eis*. Iſai. XLVII. 11. *Et veniet* (maſc.) *ſuper te malum* (fem.) ceteraque alia.

nomen insingulari, ut Gen XLI.57. וְכָל הָאָרֶץ בָּאוּ מִצְרַיְמָה *Et omnis terra veneruut in Aegyptum*. Modo autem contra, Joël. I. 20. Bestiae agri clamabit בַּהֲמוֹת הַשָּׂדֶה תַּעֲרוֹג Gen. I. 1. In principio creavit Dii בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים. Quoad discordiam Personae videsis Reg. X. pag. 167. Verum res si attentius perpendatur, non omnes revera sunt discordantiae, quae in speciem ita videntur.

Siquidem disconvenientia Generis ab gnaro, prudentique Interprete conciliari debet cum aliis subintellectis nominibus, quae sexu habeant convenire cum Verbo, ut illud esset Isaiae XLVII. 11. וּבָא עָלַיִךְ רָעָה Et veniet super te malum, subintelligenda vox דָּבָר *negotium*, vel satius יוֹם, ut integre legitur Psal. XXVIII: 5. Et veniet super te dies malus.

Similiter & de numero affirmari licebit, quoties Verbo in numero multitudinis exſiſtenti adhaereat collectivum nomen אִישׁ verbi cauſſa, quod ſignificat *quiſque*, אֶרֶץ *Terra*, pro incolis ejus בַּיִת *Domus*, Domeſticis. בָּקָר *Jumentum, boves*. חַיָּה *Caterva*, עָם *Populus*, צָבָא *Exercitus*, צֹאן *Grex*, עֵדָה *Coetus*, קָהָל *Congregatio*, קִרְיָה *Civitas*, cetera jam noſtis, ut Gen. XLI. 11. אִישׁ כְּפִתְרוֹן חֲלוֹמוֹ חָלָמְנוּ Quiſque juxta interpretationem ſomnii ſui ſomniavimus. (*)

Neque etiam diſcordantiae dandum eſt, ſi verbo ſingulari, plurale nomen accedat, ſed denotans Dominationem, ut haec tria forent אֲדֹנָי,

(*) Et univerſa Domus ejus mortui ſunt. 1. Par. X. 6. Caterva tua habitabunt in ea. Pſal. LXVIII. 11. Et aſcenderunt univerſus Populus 1. Re . V. 40. Etiam contabeſcent totus exercitus Caelorum. Joſ. XXXIV. Et morientur totus Grex. Geneſ. XXXIII. 13. Et congregabunt ſe ad te univerſus coetus. Num. X. 3. Et reſponderunt totus coetus, Eſrae X. 12. Urbs gentium fortium revebuntur te, Jeſ. XXV. 3. ſic & apud latinos : Turba runt . pars meiſi tenuere ratem, cetera.

בְּעָלִים , אֱלֹהִים , אֲדֹנָי (quae etiam excepimus in ſuperioribus Regulis dum de illorum convenientia egimus cum Adjectivo nomine ſingulari), ſic Exod. XXI. 4. אִם־אֲדֹנָיו יִתֶּן־לוֹ אִשָּׁה Si *Domini ſui dederit* ei uxorem; pro *Dominus ſuus*, vel *ejus*. Ibid. verſ. 9. גַּם־בְּעָלָיו יוּמָת *etiam Domini ejus morte afficiatur*; pro Dominus ejus. Joſ. XXIV. 19. כִּי־אֱלֹהִים קְדֹשִׁים הוּא *Nam Dii Sancti ipſe eſt*, pro *Deus Sanctus*. (*)

Si ultra iſthaec tria memorata Nomina, alia ſe obtulerint in numero multitudinis, quae verbo adjungangantur exſiſtenti in numero unitatis, ſatis commode reddi poſſent illa nomina per partitionem, ut Job. XII. 7. Interroga quaeſo jumenta, & docebit te שְׁאַל־נָא בְהֵמוֹת וְתֹרֶךָּ ideſt

(*) Interdum de uno Deo quum loquatur, non tam plurale nomen, quod eſt *Elohim* ad dominium oſtendendum adhibetur, ſed etiam verbum in multitudinis numero ponitur, ut Gen. XX. 13. Errare fecerunt me Dii, & 2. Sam. VII, 23. Iverunt Dii, pro ivit Deus, cetera.

idest unumquodque jumentorum (*) Partitive similiter exponuntur nomina illa singularia praeseferentia Verbum plurale, ut in Psal. CXIX. 103. Quam dulcia sunt palato meo eloquium tuum מַה־נִּמְלְצוּ לְחִכִּי אִמְרָתֶךָ idest *singula eloquia tua.*(**)

Nonnusquam purum putum librariorum σφάλμα, ne dicam oscitantia est; eapropter a nimia credulitate alienus esse debet bonus Interpres, quominus venerandae antiquitatis ceu quoddam oraculum expansis ulnis excipiat, aut satius dixerim deductis faucibus glutiat, quod ne somniavere quidem majores,

(*) Exod. XVII. 12. Fuitque manus ejus (plur.) firma, ideft *uterque manus ejus.* Esth IX. 22. Et recepit Judaei, hoc est *quisque Judaeorum.* Psal LXXIII. 7. Emicat prae pinguedine oculi eorum, idest *uterque oculus eorum.* Prov. XIV. 1. Sapientes feminarum aedificat Domum, idest *quaeque sapientum.* Sic & Participia, ut *Gloriosa* (plur.) *dicitur de te.* Psal. LXXXVII. 3. hoc est *quodque gloriosum*, & Exod. XXXI. 14. Prophaetanti; illud, moriendo morietur, idest *quisque prophanantium.* Sic Prov. III. 18. Apprehendentes eam beatus est, idest *quisque apprehendentium* &c.

(**) Exod. I. 10. Quum evenerint bellum, hoc est *aliquot bella.* Prov. XXVI. 1. Fugiunt, nemine persequente, improbus; hoc est *singuli improbi*, cetera.

res , ut in illo Prov. XXVIII. 1. Fugerunt impius quamvis nullus ſit, perſequens נָסוּ וְאֵין רוֹדֵף רָשָׁע demto illo ו, priori vocula quod inductum proculdubio eſt, quia ſubſequens vox a ו exorditur, propterea ſupervacaneum prius ו in priori voce eſt , congeminatum nulla impellente neceſſitate ; ademto igitur eo, legetur cum Vulgata , & LXX. , *Fugit*, non vero *fugerunt* . Sic Jer. VIII. 5. *Quare rebellis* (fem.) *populus* (maſc.) *iſte eſt*, מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה הָעָם הַזֶּה , illud ה in שׁוֹבְבָה ſi auferretur , quod irrepſiſſe conjectandum eſt propter aliud ה praefixum voci ſequenti , nulla profecto foret incohaerentia ſexus ; ſicque de ejuſmodi aliis exiſtimari non immerito poterit .

Eja convertamus nunc animum ad ſollemnes , quae heic occurri ajunt

ajunt figuras , Pleonaſmum videlicet . & Ellipſin . Ellipſis aut Nominis eſt , aut Verbi ſub illa Nominis veniunt Pronomina tam primae, quam ſecundae perſonae. ut Pſal. XXV. 2, אֱלֹהַי בְּךָ בָטַחְתִּי אַל אֵבוֹשָׁה *Deus mi in te confido ; ne pudore ſuffundar*. Abeſt Pronomen אֲנִי , nempe *ego ſperavi* ; *ego confundar* . (*) Si vero ſint Pronomina tertiae perſonae , quae referri nullo modo ad eorum antecedentia poſſint , utpote quia nulla de iis in ſermone facta ſit mentio , ex tunc vel ementitur aliquod cohaerens nomen , vel indefinite , & imperſonaliter accipitur verbum illud , ut Chaldaeus non infrequenter vertit, ſic Gen. XVI. 14. עַל־כֵּן קָרָא לַבְּאֵר *Iccirco vocavit puteum iſtum*, ideſt

quiſ-

(*) Eodem Pſalm. *Delibutum reddis oleo caput meum*; ſupple *tu* reddis Pſal. II. 3. *diſrumpamus vincula eorum*, ſupple *nos* diſrumpamus , cetera.

quisque vocavit; vel *vocabatur puteus iste*, ut & in Reg. X. pag. 167 adnotavimus.

Super verborum vero Ellipsi, frequentissima est illa Substantivi verbi; at aliorum certe Verborum, multo quidem rarissima 2. Reg. VI. 33. זֹאת הָרָעָה מֵאֵת יְהוָה *Hoc malum a Domino*, scilicet הָיְתָה *est*, vel בָּאָה venit (*). Interdum unicum nomen pro integra sententia remanet, ut Gen. XXVII. הַקֹּל קוֹל יַעֲקֹב וְהַיָּדַיִם יְדֵי עֵשָׂו *Vox*, vox Jaacob; *manus*, manus sunt Esau., ideft quod attinet ad vocem, vel si habeatur ratio vocis, vox profecto quidem est illa Jacobi; manus vero si contrectentur, sunt ipsissimae manus Esau. Idem propemodum de Pronomine Reg. VII. pag. 123.

(*) 2. Sam. XVIII. 12. *Observate quis in puerum istum in Absalomum*, supple *manum injiciat* 1. Reg. XXII. 36. *Quisque in Civitatem suam, & quisque in urbem suam*, supple *revertatur*.

1 23. fuimus contemplati.

Pleonaſmo quis forte attribuet illa ejuſdem Nominis iteratio *vox vox, manus manus*; verum praeferendam duco ſuperiorem ſententiam; eodemque ſane pacto exponerem, quaecumq; occurreret ejuſdem Nominis congeminatio; nam primum nomen includeret integram ſententiam, quae per Ellipſin reticeretur; alterum vero Nomen concordaret cum ſuo verbo, quemadmodum in allato Geneſeos exemplo vidimus. Ac propterea nullus meo quidem judicio datur Nominis Pleonaſmus.

Pleonaſmus Verbi, digniſſimus ille eſt, qui obſervetur: & primum Verbi Subſtantivi, Jud. I. 1. וַיְהִי אַחֲרֵי מוֹת יְהוֹשֻׁעַ וַיִּשְׁאֲלוּ *Et factum eſt* poſt mori Joſue, & petierunt filii Iſraël a Deo; redundat enim τὸ *& factum eſt*, adeo ut Vulgata ſe expri-

primit via hac ſimpliciori, ac breviori: *Poſt mortem Joſue conſuluerunt filii Iſraël Dominum dicentes* &c. (*) Pleonaſmus autem Verbi Adjectivi vix dici poterit, quam ſit elegantiſſimus: fit enim quoties exprimitur illa actio, quae includi in alio neceſſario debuiſſet, ut Gen. XVIII. 27. וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמַר *Et reſpondit Abraham, & dixit*, quum neceſſario ad reſpondendum oportuerit ut loqueretur, ut diceret. Sed vide alia multo elegantiora inferius. (**)

(*) Ruth. I. 1. *Et factum eſt in diebus judicare judices, & fuit fames in terra.* At Vulgata haec habet: in diebus unius Judicis, quando Judices praeerant, facta eſt fames in terra. Joel. III. 18. *Et erit* in die illa ſtillabunt montes dulcedinem &c. Quid exempla ſectemur? quum ferma tota veteris inſtrumenti Scriptura ejuſmodi locutionibus ſcateat; quin & Novum Teſtamentum, ut Lucae I. 23. Et factum eſt, ut impleti ſunt dies officii ejus, Id. II. 1. Factum eſt autem in diebus illis. Act. II. 21. Et erit omnis qui invocaverit &c. ibid. verſ. 17. Et erit in noviſſimis diebus, dicit Dominus effundam &c.

(**) Joëlis III. 12. Conſurgant & aſcendant gentes &c. ibid. Venite & aſcendite. 2. Reg. XX. 17. Inclina Domine aurem tuam, & audi; aperi Domine oculos tuos & vide, & audi verba Sennakerib. Pſal. XXXXIV. 12. Audi Filia & vide, & inclina aurem tuam &c. Gen. XXIX. Et levavit Jacob pedes ſuos, & ivit in terram filiorum orientis. Gen. XVIII. *Et acceſſit Abraham & dixit*, pro ſimpliciter *dixit Abraham.* Sic ſaepenumero in Evangelio: *Acceſſerunt Diſcipuli ejus, & dixerunt: Reſpondit Jeſus & dixit*

Hactenus de convenientia Verbi cum unico tantum Nomine verum si duo, aut plura sint Nomina, ejusdem, aut diversi generis, sed unius numeri ; tunc profecto adjungetur Verbum numeri multitudinis, & generis masculini ; quia hoc genus ceteris dignus censetur, sic Gen. VIII. 22. זֶרַע וְקָצִיר וְקֹר וָחֹם
וְקַיִץ וָחֹרֶף וְיוֹם וָלַיְלָה לֹא יִשְׁבֹּתוּ
Sementis, & messis, frigusque & aestus, & aestas, & hiems, diesque & nox non cessabunt (*). Est interdum in numero unitatis Verbum, & convenit cum genere digniori, ut Prov.

xit ei : *Et respondit eis dicens*. Omnes sunt Pleonasmi. Gen. XXV. Et expiravit, & mortuus est Abraham in canicie bona, senex, & satur, collectusque est ad populos suos. Psal. XXXIV. 21. Et dilataverunt os suum super me, & dixerunt. Ad hebraicae linguae simplicitatem hoc etiam spectat, quod dum sermo ad aliquem dirigitur, ut quid exequatur, primum compellat illud. ejusque responsionem accipit, tum praecepta injungit. V. G. Gen. XXVII. *Et dixit Isaach ad Esau, fili, qui ait illi, ecce ego, Et dixit tolle quaeso arcum tuum &c.* poterat enim simpliciter dicere : dixit Isaac ad filium suum Esau, tolle arcum tuum &c. Hujusmodi loquutiones plurimum affectant Homerus, Hesiodus, aliique illius memoriae scriptores.

(*) Jerem. VI. 11. Nam etiam vir cum femina capientur. Psal. LXXXV. 11. Misericordia & veritas obviaverunt sibi justitia & pax osculatae sunt, innumeraque alia id genus.

Prov. XXVII. 9. שֶׁמֶן וּקְטֹרֶת יְשַׂמַּח לֵב Unguentum & suffitus laetificabit cor. τὸ יְשַׂמַּח convenit cum masculeo שֶׁמֶן, non autem cum femineo קְטֹרֶת sic Jes. LI. 3. Joëlis I. 9. & 13. Hos. IX. 2. cetera. Convenit cum digniore persona, ut Num. XVIII. 1. Tu & filii tui, & domus patris tui tecum portabitis אַתָּה וּבָנֶיךָ וּבֵית־אָבִיךָ אִתָּךְ תִּשְׂאוּ sic Gen. XXXVII. 10. & XLI. 11. &c.

Habetur & propinquitatis ratio, ut Est. IX. 29. וַתִּכְתֹּב אֶסְתֵּר הַמַּלְכָּה וּמָרְדֳּכַי הַיְּהוּדִי Et scripsit (fem.) Esther Regina, & Mardechai Judaeus (*) Etiamsi hoc Substantivum nomen sit constructum, & Verbum convenire debeat priori Substantivo regenti, ut Jerem. X. 22. קוֹל שְׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה *Vox rumoris*

(*) Ibid. versu 31. Num. XX. 21. Gen. VIII. 16. & 1. Sam XXIII. 16. Hos. IV. 11. & 1. Reg. XVII. 15.

ris ecce venit, heic primum nomen, ideſt *vox*, maſculinum eſt; verum non cum iſto, ſed cum altero, nempe *rumoris*, quod eſt feminini generis, convenit verbum. Sic Gen. IV: 10. קוֹל דְּמֵי אָחִיךָ צֹעֲקִים אֵלַי Vox ſanguinum fratris tui clamant ad me. (*)

REGULA XIV.

De Caſu, quem pone ſe Verba quaelibet adſciſcunt, ac praeſertim de Verbis illis, quae accuſandi caſum flagitant.

Caſus, quem Verba omnia tam finita, quam infinita, tam tranſitiva, quam intranſitiva pone ſe regunt, idem plane in hac Hebraica Lingua eſt habendus, ac in Latina, Graeca, ceteriſque aliis; nimirum quod ſit Accuſandi caſus: exemplis ad id arguendum minime in-

(*) Iob. XV. 20. Et numerus *annorum abſconduntur*. Id. XXXII. 7. Multitudo *annorum notam faciunt* ſapientiam. Id. XXXIX. 10. Vox *procerum occultabant ſe*. cetera.

indigemus in tranſitivis, utpote in tota Scriptura obviis. Experiamur nunc tantum Intranſitiva, ideſt Neutra, quae caſum accuſandi utique expoſcunt, ſed non rei, in quam actio progrediatur, uti de tranſitivis eſſet, verum deſiderant caſum illius nominis a ſemetipſis conjugati, ſic Gen. XXVII. 3. וְצוּדָה לִי צָיִד *Et venare mihi venationem*, ut & LXX. καὶ θηρευσόν μοι θήραν (*) Non infrequenter a Latinis exponitur per Ablativum illud nomen conjugatum, ut 2. Sam. XIII. 36: בכו בְּכִי גָּדוֹל מְאֹד *Fleverunt fletu magno valde* (**). Aliquando praeteritur ſilen-

(*) Ezech. XVIII. 2. Parabolizantes parabolam iſtam. Nah. II. 1. Feſtive agito o Iuda, feſta tua. Gen. XLIII. 16. Mactare mactationem. 2. Sam XII. 16. jejunare jejunium. Pſalm. CXLIV. 6. Fulgurare fulgurationem. Gen. I. 11. Herbaſcere herbam. Ibid Sementare ſemen. 2. Reg. XIII. 14. Aegrotare aegritudinem. Mich. II. 4. Lamentari lamentum. Gen. XXVIII. 20: Vovere votum. Quod Graecis item ac latinis familiare, *ſervire ſervitutem; pugnare pugnam, furere furorem, gaudere gaudia*, cetera.

(**) Ion. I. 10. Et timuerunt timore magno Pſal. LIII 6. Ibi timuerunt timore, ubi non erat timor. Matth. in N Teſtam. II. 10. Gaviſi ſunt gaudio magno valde. Joh. III, 29, Gaudio gaudet propter vocem ſponſi cetera.

ſilentio illud conjugatum nomen, ut in Pſal.XIII.4. פֶּן־אִישַׁן הַמָּוֶת *Ne dormiam mortem*, pro שְׁנַת הַמָּוֶת *Dormitionem mortis*, quemadmodum luculentius expreſſit Jeremias LI. 39. cetera.

Quod pleraque dentur Verba, quae Dandi caſum exoptant, id nos certe minime praeterit, & alia quae Accuſandi Auferendive: partim quae hanc ſibi ſubſequi volunt praepoſitionem, partim vero aliam, & de iis quoque non deeſſe, quae utranque ſimul amant. De omnibus hiſce verbis nos deinceps in ſequentibus Regulis diſſeremus; praemittimus ea in hac Regula, quae Accuſativum ſibi vindicant; tum quae Dativum; deinde quae Ablativum; poſthaec quae Accuſativum ſimul & Dativum; poſtremo denique de iis, quae Accuſativum aeque

amant,

amant, atque Ablativum. Neque velim ut sibi quisque persuadeat, me omnium quotquot sint Verborum heic seriem digerere, aut Catalogum conficere; ea dumtaxat animus est huc comportare, quae a Latinorum structura abhorreant, sed eja videamus Verba, quae regunt Accusativum.

Accusandi casus, ut plurimum designatur per articulum אֵת, interdum vero citra illum, maxime si nulla dubitationis suspicio oboriatur, ut Deut. IV. 23. בָּרָא אֱלֹהִים אָדָם *Creavit Deus hominem*. Vox illa אָדָם nullo indiget articulo אֵת, quum pro comperto habeatur, hominem esse patientem, Deum vero agentem in creando. Articulus ille אֵת cum passivis verbis, & intransitivis, signum recti est, quemadmodum abunde superius excepistis. Inter-

terdum valet idem ac עִם *cum* de quo alibi. Regunt igitur Accusandi casum Verba omnia, quae sequuntur: sed partim cum praepositione, partim vero sine illa: sunt quae unicum amant Accusativum, & illa quae duos Accusativos. Quae igitur unum accusandi casum sine ulla praepositione amant sunt isthaec, nimirum

Maledicendi אָרַר , קָבַב , קִלֵּל itemque benedicendi בֵּרֵךְ

Serviendi, ministrandi עָבַד שֵׁרֵת postremum hoc עָבַד redditur per *colere*, quoties de Deo, idolis, & terra dicitur: ad homines vero relatum, est servire servitutem.

Verba cum praepositione ante Accusativum, sunt bene multa, praepositiones haec essent ל , עד , ל , ה , אַחֲרֵי , אל , ב :

Verba Persequendi רָדַף , דָּלַק ac-

accusat.cum אַחֲרֵי desiderant.

Recordandi הִזְכִּיר, hoc & sequentia verba accusat.volunt cum ב

Apprehendendi retinendi תָּמַךְ רָאָה, חָזָה, videndi הֶחֱזִיק, אָחַז Eligendi בָּחַר. Reprobandi, spernendi מָאַס. Increpandi. גָּעַר Testandi, contestandi הֵעִיד. Odorandi הֵרִיחַ. Occurrendi פָּגַע, פָּגַשׁ. Urgendi, instandi פָּרַץ פָּצַר. Et verba eveniendi, contingendi קָרָה, quae subinde cum hac praepositione ב conspiciuntur.

Succedunt ea, quae habent praepositionem עַל, ut Amandi עָגַב, Tegendi, protegendi גָּנַן, חָפַף, כִּסָּה, סָכַךְ.

Quae aeque amant ב, & עַל sunt verba Adversandi; sic בָּגַד, מָעַל Perfide agere, praevaricari. חָטָא Peccare. כִּחֵשׁ Ementiri, abnegare. מָרַד, מָרָה, מָרַר, סָרַר, פָּשַׁע

Re- cc 2

Rebellare, שָׁקַר Mendaciter agere, קָשַׁר Conjurare, conſpirare.

Verba, quae motum ad locum, vel per locum, ſignificant, regunt Accuſativum cum aliqua iſtarum praepoſitionum nempe עַד, אֶל, לְ, בְּ, vel ה locali ad finem addito, ut Jud. XI. 18. וַיֵּלֶךְ בַּמִּדְבָּר. Et perrexit per deſertum, Deuteron. I. 31. עַד־בֹּאֲכֶם עַד הַמָּקוֹם הַזֶּה Donec veniretis uſque ad locum hunc. Jeſ. II. 2. וְנָהֲרוּ אֵלָיו כָּל־הַגּוֹיִם Et confluent ad eum omnes gentes. Jud. VII. 7. יֵלְכוּ אִישׁ לִמְקֹמוֹ Abeunto quiſque in locum ſuum. Gen. XLVI. 4. אֵרֵד עִמְּךָ מִצְרַיְמָה Deſcendam tecum Aegyptum. Talium praepoſitionum Ellipſis non admodum infrequenter occurrit.

Sunt & alia Verba maxime Intranſitiva, quae modo unam, modo aliam adciſcunt praepoſitionem, ut

שָׁעָה,

שָׁעָה ׳ הִשְׁקִיף ׳ נִשְׁקַף ׳ פָּנָה Aſpicere, proſpicere. נִשְׁעַן ׳ נִסְמַךְ Niti, inniti. עָבַר ׳ פָּסַח Tranſire. קָרַב ׳ נָגַשׁ, Accedere appropinquare, שׁוּב Reverti, יָשַׁב ׳ שָׁכַן ׳ עָמַד. קוּם Habitare, Manere, Stare, Surgere. דָּבַק Adhaerere. עָלָה Aſcendere. חָנָה Caſtrametari. רָכַב Equitare. זָנָה Scortari.

Duplicem requirunt Accuſativum, alterum perſonae, alterum vero rei, verba edocendi; manifeſtandi, interrogandi &c. ut Pſal. XXXIV. 12. יִרְאַת יְהוָה אֲלַמֶּדְכֶם Timorem Domini docebo vos. Hag. II. 12. שְׁאַל־נָא אֶת־הַכֹּהֲנִים תּוֹרָה Interroga nunc Sacerdotes legem. Eſa. XXVIII. 9. אֶת־מִי יוֹרֶה דֵעָה וְאֶת־מִי יָבִין שְׁמוּעָה Ecquemnam docebit ſcientiam, & quem intelligere faciet auditionem. Prov. I. 23. אוֹדִיעָה דְבָרַי אֶתְכֶם Nota faciam ver-

verba mea *Vos*, i. vobis. Pro Accusativo Personae est interdum Dativus, ut הֲלָאֵל יְלַמֶּד־דָּעַת Job XXI. 22. *Num Deo* (pro *Deum*) docebit scientiam?

REGULA XV.

De Verbis Dandi casum exposcentibus.

Nullum dari potest Verbum, quin Dativum admittere non valeat aut rei, aut personae, cui aliquid acquiratur; vel tribuatur commodi scilicet, vel incommodi, ut וְהֵרַע לָכֶם אַחֲרֵי אֲשֶׁר הֵיטִיב לָכֶם Malefaciet vobis, postquam benefecerit vobis, Jos. XXIV. 20. אֵלֶךְ לִי אֶל־הַר: *Ibo mihi ad montem*, Cant. IV. 8. שָׂבְעָה־לָּהּ נַפְשֵׁנוּ הַלַּעַג *Multum saturata est sibi anima nostra subsannatione* Psal. CXXIII. 4. Refricate dum memoriam dictorum in Reg. VIII. num. 1.

Ver-

Verba omnia Dativum exposcentia sunt isthaec nimirum Arctandi, praemendi הֵצִיק, הֵצִיר. Dimittendi, permittendi, sinendi הִנִּיחַ. Salutem dicendi שָׁאַל quod verbum a nomine שָׁלוֹם nunquam sejungitur, ut 1. Sam. X. 4. וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם Et interrogabunt te de pace idest; salutem dicent tibi. Sic 1. Sam. XXV. 5.; 2. Sam. VIII. 10., & alibi. Respondendi עָנָה, הֵשִׁיב fere semper pro adjuncto habent דָּבָר ut 1. Reg. XVIII. 21. וְלֹא־עָנוּ הָעָם אֹתוֹ דָּבָר & non responderunt Populus ipsi verbum, idest quicquam. Sic 2. Reg. XVIII. 26. Jud. mIII. 8. Gen. XLm. 3.; 1. Sam. XI. 8. & alibi. Exemplum הֵשִׁיב cum דָּבָר, ut Num. XXII. 8. וַהֲשִׁבֹתִי אֶתְכֶם דָּבָר Et respondebo vobis verbum. Sic 2. Sam. III. 11, Neh. VI. 4.; 1. Reg. II. 30. &c.

Ver-

Verba osculandi, ut נָשַׁק, sic וּשְׁקָה־לִּי בְּנִי Et osculare me fili mi, Gen. XXVII. 1. Reg. XIX. 20. אֶשְּׁקָה נָּא לְאָבִי *Osculer quaeso patrem meum*. Osculari, nihil sane aliud est quam adorare; cultum exhibere; amorem suum ostendere tam si quis aliquem suavietur labra labellis ferruminando, quam si ori suo manus admoveatur osculandi gratia illam, ubi aliquod sacrum fuerit attactum (*).

Ver-

(P) Ethnicorum ritus est manus suas, quae idolum attrectarunt osculari in signum adorationis, Cic. in Ver. 4. De eximia quadam Herculis imagine loquitur, cujus barba, & genae aliquantulum erant attritae propter tactum, & oscula deprecantium, ut rictus ejus, & mentum paullo sit attritius, quod in precibus, & gratulationibus, non solum id venerari, sed etiam osculari solent. Et in illo Psalm. II. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur, &c.* Hebraice habetur: *Osculamini filium, ne irritetur, & vos pereatis de via*. Osculum nota erat non amicitiae solum, & consensus, verum & adorationis, inquit Calmetus, observantiae, ac submissionis apud Orientis populos. Quum Joseph constitutus fuit Aegypti Procurator a Pharaone, Rex praecepit, ut *Populus omnis oscularetur ad os*, vel ad imperii motis illius. Indorum Regibus manum adhuc subdit deosculantur, quum illi gubernacula Regni suscipiunt. Samuel Saulem osculatus est, ubi illum Regem inunxit. 1. Reg. X. 1. Et Elisaeus, quemadmodum observastis 3. Reg. XIX. 18. Facultatem ab Elia petiit Patrem, matremque suam amplexandi, antequam ab illis secederet, veluti extremam hanc illis observantiae ac benevolentiae notam exhibiturus. Etiamnum in Fidelium Coetu osculum tribuitur Cruci, Aris, Codicibus sacris, ac Reliquiis Sanctorum: *qui adorant*, inquit Hieronymus contra Ruf. l. 1. *Solent deosculari manum, & capita submittere*. Et subjungit, quod Hebraei juxta linguae suae proprietatem *deosculationem* pro *veneratione* ponunt.

Verba docendi, ut הוֹרָה, לִמֵּד pro Accusativo personae, quandoque habent Dativum. Hos. X. 12. & Jobi. XXI. 22.

Verba Nuncupandi neutre sumta praeter nominativum nominis, quod imponitur, regunt saepenumero Dativum personae, aut rei, cui tale nomen inditur: quem quidem Dativum Latini reddunt per alterum nominativum; ut לֹא־יֵאָמֵר לָךְ עוֹד עֲזוּבָה וּלְאַרְצֵךְ לֹא־יֵאָמֵר שְׁמָמָה כִּי לָךְ יִקָּרֵא חֶפְצִי־בָהּ וּלְאַרְצֵךְ בְּעוּלָה׃ Non dicetur tibi amplius derelicta, & terrae tuae non dicetur amplius desolata, sed tibi vocabitur Chephtzibah (oblectatio mea in ipsa), & terrae tuae maritata, Jes. LXII. 4. hoc est: Non diceris tu amplius derelicta. & terra tua &c., sed tu vocaberis &c. & terra tua maritata. (*)

Plu- dd

(*) *Neque vocabitur amplius stulto ingenuus, & tenaci non dicetur liberalis.* Jes. XXXII. 5, pro stultus, tenax. *Huic vocabitur vira* Gen. II. 23. idest haec vocabitur,

Plurima occurrunt exempla , in quibus ל conſpicitur cum activis verbis , quae revera Accuſativum amarent ; at in Exemplis ejuſmodi τὸ ל redundare ajunt Hebraei. Interdum pro עַל ponitur illud ל, ut Exod. VIII. 9. לְמָתַי אַעְתִּיר לְךָ וְלַעֲבָדֶיךָ Ecquando ſupplex orabo pro te , & pro ſervis tuis , pro עָלֶיךָ. Eodem capite ל accipitur pro בְּעַד. *Pro* verſu 28. At capite X. 17. ל eſt pro אֶל *Ad* , ut ex cap. VIII. 8 etiam apparet.

REGULA XVI.

De Verbis Auferendi caſum adſciſcentibus.

Quemadmodum in ſuperiori Regula poterant cuncta verba admittere Dativum commodi , aut incommodi , ſic etiam in Regula praeſenti poſſunt ſingula verba Ablativum admittere cum praepoſitione ב ſigni-

gnificante caufsam, inftrumentum, aut modum actionis, fic Num. XIV. 3. לִנְפּוֹל בַּחֶרֶב *ut cadamus in gladio*, ideft ut moriamur gladio. Praepofitio interdum defideratur, ut קָרוּעַ כֻּתָּנְתּוֹ Laceratus tunica fua, 2. Sam. XV. 32.

Verba mercandi, aeftimandi, & quaecumque pretium requirunt, regunt Ablativum pretii cum praep. ב, ut שָׁבַר, כָּרָה Emit. קָנָה Comparavit. מָכַר Vendidit. נֶחְשַׁב aeftimavit, ut Deut. II. 6. אֹכֶל תִּשְׁבְּרוּ מֵאִתָּם בַּכֶּסֶף Cibum emetis ab eis in pecunia.

Verba comparationis regunt Ablativum rei comparatae cum praepofitione מִן, ut Jerem. XV. 8. עָצְמוּ־לִי אַלְמְנוֹתָיו מֵחוֹל יַמִּים Numerofae erunt mihi viduae ejus prae arena maris.

Verba copiae, vel inopiae Ablati-

vum regunt cum ב vel מִן, aut fine praepositione, ut Psal. XXXIII. 5. חֶסֶד יְהוָה מָלְאָה הָאָרֶץ Benignitate Domini repleta est terra, sic חָסֵר defecit, שָׂבַע saturatus est.

Verba gaudendi, exsultandi, laetandi שׂוּשׂ, גּוּל, חָגִיל, עָלַז, שָׂמַח regunt Ablativum caussae cum ב, vel עַל, interdum cum מִן, vel עַל, ut Jes. XXV. 9. נָגִילָה וְנִשְׂמְחָה בִּישׁוּעָתוֹ Exsultabimus & laetabimur, in salute ejus. Prov. V. 18. וּשְׂמַח מֵאֵשֶׁת נְעוּרֶיךָ Et laetare propter uxorem adolescentiae tuae.

Verba, quae prohibendi, cohibendi, ut מָנַע, נִבְצַר, כָּלָא, נִכְלָא adimendi, ut גָּרַע. Cohibendi subtrahendi חָשַׂךְ, Removendi, auferendi הֵסִיר. Expellendi גֵּרֵשׁ. Petendi שָׁאַל בִּקֵּשׁ. Accipiendi לָקַח, emendi, comparandi שָׁבַר, כָּרָה, קָנָה. Cessandi, desistendi חָדַל, רָפָה, שָׁעָה,

שָׁבַת , שָׁעָה , aliaque id genus , haec inquam omnia verba Ablativum adſciſcuntcum praepoſitione מִן

Verba quietem, ſignificantia, Ablativum loci cum praepoſit :ב deſiderant, ut Paral. XXV. 19. עַתָּה שְׁבִי בְּבֵיתֶךָ *Nunc ſede in domo tua.* Quae tandem motum de loco ſignificant, Ablativum loci regunt cum מִן, ut Gen. XXXI. 13. צֵא מִן־הָאָרֶץ הַזֹּאת וְשׁוּב אֶל־אֶרֶץ מוֹלַדְתֶּךָ Egredere de terra hac , & redi ad terram cognationis tuae.

REGULA XVII.

De Verbis quae dativum aeque amant atque Accuſativum cum praepoſitione, vel ſine.

Vocandi Verba, ſumta in forma activa nunc Dativum exoptant, nunc vero Accuſativum cum אֶל, quandoque etſi rarius cum עַל, & ב, ut Gen. I. 5. וַיִּקְרָא אֱלֹהִים לָאוֹר יוֹם וְלַחֹשֶׁךְ

וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה Et vocavit Deus lucem illam, diem, tenebras autem vocavit noctem Psalm. XIV. 1. בְּקָרְאִי־לָךְ Quum invoco te. 2 Reg. IV. 22. וַתִּקְרָא אֶל־אִישָׁהּ Et arcessivit maritum suum. Jes. IV. 1. יִקָּרֵא שִׁמְךָ עָלֵינוּ Vocetur super nos nomen tuum (*) Gen. IV. 26. אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה Tunc caeptum est invocari in nomine Domini (**)

Verba Exspectandi, praestolandi חִכָּה, יִחֵל, בִּטַּח, קִוָּה cum Dat. & Accusat. aliquando, qui praeseferre habeat praepositionem אֶל aut עַל Verba Consulendi, ut שָׁאַל frequenter cum Accusat., & subinde cum ב.

Man-

(*) Filiae Virgines quandiu innuptae sunt, vocantur nomine familiae Parentum, quum vero nubuntur, ac maritos accipiunt, appellantur de nomine mariti, tamquam capitis sui. Quum ergo exclamant: *invocetur super nos nomen tuum*; idem est ac *fiamus uxor es tuae*, sis tu maritus noster, ut tuo nomine nos quoque compellemur.

(**) Vocare in nomine, quum de Deo dicitur non aliud est, quam nomen Dei per preces & laudes invocare; quum vero ad Creaturas referatur, est nominatim nomine proprio aliquem appellare, ut, ut Ies. XLIII. 1. *Vocavi in nomine tuo*, idest vocavi de nomine tuo.

Mandandi, praecipiendi צִוָּה cum Accus. multo frequentius, verum si Accusativo praepositio עַל praeponatur, tunc sumitur pro interdicere, ut Gen. II. 16. וַיְצַו יְהוָה אֱלֹהִים עַל־הָאָדָם Et *praecepit Dominus super hominem*, idest interdixit homini.

Subsannandi, irridendi, illudendi הִלְעִיב, לָעַג, הִלְעִיג, הִתְעַלֵּל הֵתֵל, שָׂחַק, quorum quaedam dum Accusativum admittunt, praepositam volunt praepositionem ב, vel ל. Item Verba spernendi, contemnendi בּוּז, בָּזָה seducendi, decipiendi הִשִּׁיא; sanandi, medendi רָפָא in Conjugat, Kal, Niphal, & Pihel. Credendi fidendi הֶאֱמִין, בָּטַח, חָסָה, cum Accusativo frequentius.

Verba dominandi, imperandi שָׂרַר, שָׁלַט, רָדָה, בָּעַל Accusativum amant cum ב, עַל, rarissime cum

cum Dativo. Servandi, ſalvandi, juvandi הוֹשִׁיעַ, עָזַר, ut הוֹשַׁע־נָא לְבֶן־דָּוִד Hoſana filio David Pſal. CXVIII. 25. ideſt ſerva filium David.

Recordandi הִזְכִּיר, זָכַר cum Dat. & Accuſat. ſed זָכַר non ineleganter cum ל conſtruitur, & הִזְכִּיר cum ב, ut Jeſ. XLVIII. 1. וּבֵאלֹהֵי יִשְׂרָאֵל יַזְכִּירוּ Et Dei Iſraëlis mentionem faciunt. Poſtremo Verba Nuntiandi, ut בִּשֵּׂר dandi caſum aeque exquirunt atque accuſandi.

REG. XVIII. ET POSTREMA.

De Verbis, quæ Accuſativum, atque Ablativum deſiderant.

Verba celandi, abſcondendi הִסְתִּיר, הֶעְלִים, כִּחֵד, כִּסָּה Accuſativum regunt, & Ablativum cum מִן, ut 2. Sam. XIV. 18. אַל־נָא תְכַחֲדִי מִמֶּנִּי דָּבָר Ne quaeſo celato a me rem. 2. Paral. IX. 2, Neque fuit

fuit absconditum quicquam a Salomone וְלֹא נֶעְלַם דָּבָר מִשְּׁלֹמֹה Interdum haec Verba cum Dativo usurpantur , וַיִּשָּׁתְרוּ לָהֶם Et latebant ipsis 1. Sam. V. 9.

Quae curam & perturbationem animi significant, regunt Accusativum, vel Ablativum, ut plurimum cum aliqua praepositione, ut sunt verba voluntatis, benevolentiae, desiderii, רָצָה, חָשַׁק, חָפֵץ, אָבָה, Studii, & inquisitionis חָקַר, הָגָה, דָּרַשׁ הִשְׂכִּיל בִּקֵּשׁ. Cognitionis, intellectus הֵבִין. Metus, sollicitudinis פָּחַד, יָרֵא. Irae זָעַם, אָנַף, חָרַד, דָּאַג, גּוּר רָגַז, קָצַף, הִתְעַבֵּר, כָּעַס, חָרָה Vindictae נָקַם. Misericordiae חָנַן רִחַם, חוּס, חָמַל, Poenitentiae נִחַם Pudoris נִכְלַם, בּוֹשׁ. Tedii קוּט, קוּץ. Stuporis שָׁמַם. Invidentiae, zeli קִנֵּא. Flendi בָּכָה.

Inter isthaec omnia recensita

Verba, obſervatur אָבָה quod ſatius cum Infinitivo conſtruatur, quam cum Accuſativo. Sin autem ei Dativus adhaereat, tunc pro *acquieſcere* exponitur; ut לֹא אָבוּ לַעֲצָתִי Non acquieverunt conſilio meo.

Verbum חָפֵץ cum Accuſandi caſu ſignificat *velle*, *deſiderare*, ſed citra praepoſitionem: adjecta autem praepoſitione ב, eſt impenſe amare, ut Gen. XXXIV. 19. כִּי חָפֵץ בְּבַת־יַעֲקֹב quoniam deperibat, ardebat, impenſe amabat filiam Jacobi.

Verbum חָרָה fere ſemper adjunctum habet nomen *irae*, & ubi expreſſum non eſt, ſubintelligitur. Accuſativum perſonae regit cum praepoſitione ב ut plurimum. Imperſonaliter, vel reciproce uſurpatum, conſtruitur cum Dandi caſu.

Num.

Num. XI. 33. וְאַף יְהוָה חָרָה בָעָם Et ira Domini accenſa eſt in Populum, Jonae IV. 9. הַהֵיטֵב חָרָה־לָךְ *An bene accenditur tibi*, ſcilicet אַף Ira? ideſt *Satiſne recte iraſceris?* Gen. XVIII. 30. אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי *Ne quaeſo accendatur* (ira) *Domino meo*, ideſt ne aegre ferat Dominus meus; vel ne in me iraſcatur, ſtomacetur, excandeſcat Dominus meus.

Verbum denique חָמַל, nomen עַיִן ſecum fere ſemper adjunctum retinet, ut Ezech. XVI. 5. לֹא־חָמַל עָלַךְ עַיִן Non pepercit ſuper te oculus.

Nomina temporis Accuſativo, vel Ablativo caſu, cum verbis efferuntur: Ablativus autem frequenter cum praepoſitione ב, ſic Gen. XXXIX. 14. וַיֵּשֶׁב עִמּוֹ חֹדֶשׁ יָמִים *Et manſit apud eum menſem dierum*,

rum, quod per hypallagen ſic dicitur, pro dies menſis, hoc eſt menſem integrum tot ſcilicet dies, quot unus menſis habet. Jud. XIII. 2. וַתְּהִי שָׁם יָמִים אַרְבָּעָה חֳדָשִׁים Et fuit illic dies *aliquot, nempe* quatuor menſes. Interdum ſine ulla praepoſitione.

Typothetarum oſcitantia effectum, ut paucula iſthaec, quae ſequuntur praeterita fuiſſent, locanda ceteroqui in pag. 121. proxime ante Reg. VII.

Si duo fuerint Subſtantiva genere diverſa, Adjectivum plurale maſculinum eis adjungetur, ut Gen. XVIII. 11. אַבְרָהָם וְשָׂרָה זְקֵנִים *Abraham, & Sara ſenes* (*) Subinde vero, nulla generis habita ratione cum propiori tantum conſentiet, etiamſi convenire nullo pacto debuiſ-

(*) Deut. XXVIII. 32. Filii tui, & filiae tuae traditi populo alteri. 2. Sam. I. 23. Saul & Jonathan dilecti. 1. Reg XXI Ego, & filius meus Salomon peccatores. Pſal. XCVII 2. Nubes & caligo ſunt circuitus e.us. Ierem. XXXIV. 9. Hebraeum, & Hebraeam liberos.

buiſſet, quippe quia conſtructum, Exempl. grat. Jer. VII. 20. אַפִּי וַחֲמָתִי נִתֶּכֶת Furor meus atque excandeſcentia mea fuſa 1. Sam. II. 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים Arcus fortium confractorum, pro קֶשֶׁת חַתָּה arcus confractus.

Dum e contrario duo Adjectiva genere diverſa uni adhaerent Subſtantivo, generis enallagen tunc ineſſe volunt, ut רוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק 1. Reg. XIX. 19. *Ventus magnus, & vehemens*. Sic Gen. XIII. 10. אֶת־כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן כִּי כֻלָּהּ מַשְׁקֶה *Totam planiciem jordanis, quod tota eſſet irrigua*. Generis enallage haec revera non eſt, ſed quia vel nomen eſt commune, ut רוּחַ; vel Syllepſis intervenit, ideſt quum ad ſenſum potius attendere debeamus, quam ad verba, ſic כִּכָּר planicies fem. eſt, cui reſpondet כֻּלָּהּ tota ipſa,

ipſa, ſed מַשְׁקָה maſculinum eſt; illud ergo & ſupplendum per אֶרֶץ מַשְׁקָה Terra irrigans, אֶרֶץ communis eſt generis. Iſto ſane pacto explicari commode poterunt omnia ejus generis exempla, etiamſi unicum ſit Adjectivum, quod genere diſſideat ab ejus unico Subſtantivo, ut Pſal. LXXIX. 8. Ne recorderis nobis iniquitatum priorum אַל תִּזְכָּר־לָנוּ עֲוֹנוֹת רִאשׁוֹנִים Adjectivum רִאשׁוֹנִים non eſt epitheton praecedentis Subſtantivi, ſed juxta Kinchium, & Aben-Eſram eſt Subſtantivi ſubintellecti יָמִים temporum, vel אָבוֹת Patrum, majorum.

FINIS totius Syntaxεως, quoindeque totius Hebraicae Grammaticae.

Synopsis totius hujus Syntaxeos (quam minime supervacaneam duco pro iis maxime, qui in aliquid elucubrando, vel enucleando aliquid e Sacris Codicibus velint sibi, dicto citius satisfacere de hujus Linguae ingenio natura indole) tribus hisce clarioribus Tabellis complecti meo judicio poterit, Priori, qua Nomen; Altera, qua Pronomen; Postrema tandem, qua Verbum commonstretur.

TABULA I.

- NOMEN
  - *Substantivum* et *Adjectiv.*
    - *Substantivum*
      - IDEM
        - Singulare in statu absoluto repetit.
        - Plurale in statu absoluto repetit. (
        - Plurale in statu regim. repetit. (c)
      - DIVERSUM
        - Si sint Synonima in statu regim. (d
        - Si per Appositionem conjuncta. (e)
        - Si per relationem sint conjuncta. (
    - *Adjectiv.*
      - SIMPLEX
        - Positivum. (g)
        - Comparativum. (h)
        - Numerale. (i)
      - GEMINATUM, unde Superlativum. (k)
- NOMINIS
  - CONCORDIA. (l)
  - DISCONVENIENTIA. (m)
  - ORDO. (n)
  - ELLIPSIS. (o)
  - PLEONASMUS. (p)

(a) Sin- ff

(a) *Singulare* in statu absoluto repetitum p. 72. modo emphasim denotat; modo amorem p. 73. modo hominis appellationem; modo rei auxesim: modo distributionem p. 74; & 76; modo rei diversitatem. p. 75

(b *Plurale* in statu absoluto repetitum majorem multitudinem denotat. p. 76.

(c) *Plurale* in statu Regiminis repetitum, excellentiam, atque auxesim commonstrat. p. 77

(d) *Si sint Synonima* in statu Regiminis. rei significantiam auget. p. 77.

(e) *Si per Appositionem* conjuncta, casu tantum concordabunt p. 79. 80. 81.

(f) *Si per relationem* sint conjuncta, haec conjunctio fiet quinque modis. I. Per vocalium, litterarumque mutationem p. 82., 83. II. Per regimen verbi infinitivi p. 83. III. Substantiva verbalia, casum verbi sui quum regant p. 84. IV. Per adjectionem particulae *Vau* alteri substantivo p. 85. V. Si substantivo recto ejus pronomen in casu genetivo subsequatur, p. 86.

(g) *Vel Positivum*, quod saepenumero a substantivis posterioribus conflatur cum praefixo *Bet*, vel *Mem* vel *Lamed* p. 88. aut sine ullo aliquo praefixo p 89. aut ab adverbio p 90.

(h) *Vel Comparativum*, maxime si res alia, cui prior comparatur praefixum habeat *Min* p. 93. seu particulam negativam p. 94. seu vehementius aliquod contineat verbum. p. 94.

(i) *Vel Numerale*, ubi considerantur tria. Primum numeratio per litteras p. 107. 108. Secundum numeri Ordinales p 106. Tertium numeri considerantur Cardinales, tum Absoluto, tum illi Regiminis, tum utrique statui communes. Cum eorum omnibus proprietatibus, nimirum, quod a tribus ad decem masculina terminationem femininam habeant, & e contrario; quod minores numeri majoribus praeponantur p. 103. 104. 105.; quod pluralia jungantur substantivis singularibus, & e contrario p. 103. 111.; quod Cardinalia nomina adverbialiter subinde ponantur; subinde pro Ordinalibus (quod quidem ultra decem est perpetuum); subinde in statu regiminis pro absoluto, p. 111. 112. 113.; quod numeralia nomina substantivis adhaerentia si sint pluralia semper anteire, sin vero singularia modo anteire, modo vero subsequi debeant p. 119. Postremo, quod toties repeti debeat substantivum, quot sane partibus major ille numerus adhaerens conflatur. p. 110.

(k) *Superlativum* emergit ista Adjectivi nominis geminatione p. 96. Atque aliis decem modis I. Per adjectionem particulae *Meod*. II. Per particulam *Col* substantivo praemissam p. 97. III. Per praepositionem *Bet* p. 58. IIII. Per adjectionem alicujus ex Divinis nominibus p. 98. 99. V. Quum

V. Quum abstracta nomina pro concretis copulentur substantivo verbo tacito, vel expresso p. 99. VI. Per figuram, quam ajunt, *Liptoten* p. 100. VII. Geminatione ejusdem substantivi, sed prius in singulari, quod regat alterum in plurali p. 100. VIII. Per duo substantiva Synonima, p. 100. IX. Per simplex positivum aliquando p. 101. X. Per verba intransitiva conjugatum suum nomen regentia p. 101.

(l) *Concordia* unius substantivi cum unico aliquo adjectivo, plane eadem quae in ceteris linguis. Adjectivum tunc erit masculinum pluralis numeri, quoties duo fuerint substantiva genere diversa. Subinde cum propiori substantivo conveniet, etsi convenire nullo pacto debuisset, quippe quia constructum p. 220. Generis enallagem inesse volunt, quoties uni substantivo duo adhaerent Adjectiva genere diversa. Verum satius illam dixerim Syllepsin, quum sensus potius, quam verba attendantur. Idem sane erit si unicum substantivum genere diffideat ab ejus unico substantivo p. 220. & 222.

(m) *Discordia* sexus, & numeri p. 120.

(n) *Ordo*. Praecedere semper debet substantivum adjectivo, sin secus includetur verbum *est*, modo Adjectivum non induat naturam substantivi; vel modo Adjectivum non sit numerale p. 114. 115. 116. Includetur quoque verbum *est*, si substantivum praecedens Adjectivo regat aliud substantivum. p. 116.

(o) *Ellipsis* Substantivi p. 117. Adjectivi p. 118.

(p) *Pleonasmus* Substantivi. Adjectivi p. 119.

TABULA II.

- PRONOMEN
  - Non Interrogativ.
    - SIMPLEX
      - Integrum. (a)
      - Defectivum *Ze.* (b)
      - Defectivû *Ascer.* (c)
      - Praefixum *He.* (d)
      - Suffixum. (e)
    - GEMINATUM
      - Cum Verbo. (f)
      - Sine Verbo. (g)
  - INTERROGATIVUM
    - Personae. (h)
    - Rei. (i)
- PRONOMINIS
  - CONCORDIA. (k)
  - DISCONVENIENTIA. (l)
  - ORDO. (m)
  - ELLIPSIS. (n)
  - PLEONASMUS. (o)

(a) *In-*

(a) I*Ntegrum*, interdum refertur a substantivis *Anima*, & *Caput* p. 121. *Hu* Deo per excellentiam tribuitur. p. 122.

(b) *Defectivum Ze* praepositum nominibus numeralibus, & postpositum adverbio *Nunc*, redditur per expletivam particulam *jam*.

(c) *Defectivum Ascer* refertur a defectivis *Ze*, *Zu*, & a particulis *Vau*, & *Ki* p. 125.

(d) *Praefixum He* praepositum uberioris emphasis gratia Pronominibus tertiae Personae, exhibetur aliquando a substantivo nomine *Ghetzem* p. 125.

(e) *Suffixum* pro Adjectivo semper sumitur, nunquam pro Substantivo, nisi si numeralibus suffigatur nominibus. p. 129. Item, modo active sumitur, modo vero passive. p. 130.

(f) *Cum verbo*. Pronomina primae, & secundae personae geminata majorem dicendi vim exerunt. p. 126 si repetantur illa tertiae personae, distributionem indicabunt. p. 127.

(g) *Sine verbo*. Pronomina geminata sine verbo si sint ejusdem Personae, semper secundum Pronomen pro substantivo verbo *est* accipitur: Sin autem diversae, & primum semper includet substantivum verbum, ejusdem profecto personae, atque ipsum est. p. 129.

(h) *Personae Mi*, & praeponitur ceteris Pronominibus, ac nominibus, includitque verbum *est*; interdum vero majoris emphasis gratia geminatum observatur p. 147. si substantivo postponatur, indicabit genitivum possessionis p. 148. *Mi*, utrum sit interrogativum rei? p. 148. *Mi* citra interrogationem aliquando, p. 149.

(i) *Rei Ma*, *Me* Nominibus quoque Pronominibusque praeponitur, complectendo etiam verbum est p. 149. postponiturque, p. 150. *Ma* citra interrogationem. p. 150. *Ma* sequente praefixo *Scin*, exponitur per *Id quod*. p. 150.

(k) *Concordia* Pronominis cum uno substantivo, & est plane eadem, quae in ceteris linguis. Cum duobus substantivis, quae sive ambo pluralia sint, sive singularia, Adjectivum-Pronomen, plurale semper erit p. 143. Sin secus distributio notabitur p. 145. Poterit subinde Pronomen esse singulare si conveniet cum substantivo viciniori p. 144. vel a quo actio procedit. p. 143.

(l) *Disconvenientia* Generis p. 141. Numeri. Si plurali substantivo respondeat singulare pronomen, aut e contrario, distributio tunc notatur. p. 142.

(m) *Ordo*. Substantivo nomini subsequi semper debet Pronomen cum praefixo *He*. Quod si vel praecedat, vel si minime praeseferat praefixum *He*, intelligetur profecto verbum *est*. p. 131. 132. 133.

(n) *Ellipsis* Relativi Pronominis p. 139. Substantivi nominis ibid. utriusque p. 140. Quodcumque Pronomen integrum

Pag. 229.

ſilicet (a) , atque Imperativum (b)

nempe(c),Particip. (d), Futur.(e)

(k) [illegible]
tiam , ſignificat quoque & *converti* , & [illegible]
liari conſtructione, quam vide. p. 182.

(l) *Conſtructio* verbi Activi , Paſſivi p. 175. , & Neutri p. 176.

(m) *Geminatione* ſui ipſius exclusa e medio particula *Aſcer* aut *Ki*) ſi Finitum Infinito praecedat , rei continuationem portendet ; certitudinem vero, ac firmitatem ſi ſubſequatur p. 173. De punctatione. quam Infinitiva verba peculiariter heic ſubeunt . p. 174.

(n *Acceſſione* unius verbi ad aliud , nulla item interpoſita particula *Aſcer* , aut *Ki* , emergit Infinitivus p. 169. Frequens

TABULA III.

Suas partes Consi.

- MODOS Infinitivum fc
- TEMPORA Praeteritum
- PERSONAS (f)
- GERUNDIA (g)
- CONIUG...

VER...

TA.

(a) Infinitivus accipitur pro Praesenti; Imperfecto; Perfecto; Futuro pag. 152 Pro modo Imperativo; Participio; Substantivo nomine. p. 153.

(b) *Imperativus* pro Futuro, p 154.

(c) *Praeteritum* pro Praesenti; Imperfecto p. 156. Pro Plusquamperfecto; Pro Futuro p. 157. Pro quolibet tandem tempore p. 158.

(d) *Participium* tam Benoni, quam Paghul pro aliis nominibus verbalibus usurpatur, quae Participii formam nullam retinent p. 159. Participium ut purum nomen consideratum subsequens nomen in Genetivo casu reposcit p. 159. ut purum autem verbum, subsequens nomen in eo casu statuit, quem verbum, unde ipsum est efformatum, postulat, ut de verbalibus substantivis vidimus p. 84. Haec duo Participia Benoni, & Paghul unum pro altero vicissim accipiuntur p. 160. Participium Benoni pro Imperfecto; Perfecto; Futuro; Participio futuro p. 161. Pro Praesenti p. 162. Pro hisce omnibus temporibus Participium valet quoties ei adhaeret substantivum verbum *est* p. 161., & 163. Intervenit heic nunc Ellipsis Participii p. 163, nunc Substantivi verbi *est* p. 164.

(e) *Futurum* pro Praeterito p. 164. Pro Praesenti; Imperfecto; Plusquamperfecto p. 165. Pro Imperativo p. 155.

(f) *Persona* tertia verbi, nullo expresso nomine, quocum ipsa concordet, efficit ut verbum passive reddatur p. 167. Enallage unius Personae pro altera in eodem sermone. p. 167.

(g) *Gerundia* activa induunt significationem passivam. p. 168.

(h) *Conjugationes* mutuo inter se commutantur, atque in primis *Kal* pro *Hiphil*. p. 168.

(i) *Substantivum verbum* expressum a tribus refertur vocibus, una est verbum integrum *Haja*, alterum est verbum defectivum *jesc*; tertia est Pronomen primae, & secundae personae substantivo nomini postpositum; vel pronomen tertiae destitutum articulo p. 178. Substantivum verbum si non sit expressum, subintelligetur quoties adjectivum nomen, vel Pronomen preponatur nomini substantivo, ut in superiori & altera Tabula vidimus in *Ordine*.

(k) *Substantivum* hoc verbum praeter existendi significantiam, significat quoque & *converti*, & *habere*, cum peculiari constructione, quam vide. p. 182.

(l) *Constructio* verbi Activi, Passivi p. 175., & Neutri p. 176.

(m) *Geminatione* sui ipsius (exclusa e medio particula *Ascer* aut *Ki*) si Finitum Infinito praecedat, rei continuationem portendet; certitudinem vero, ac firmitatem si subsequatur p. 173. De punctatione, quam Infinitiva verba peculiariter heic subeunt. p. 174.

(n) *Accessione* unius verbi ad aliud, nulla item interposita particula *Ascer*, aut *Ki*, emergit Infinitivus p. 169. Frequens

quens Ellipsis substantivi verbi *Est* intervenit tam si Finiti vicem gerat, quam Infiniti. Admodum rara Ellipsis Infiniti in ceteris aliis verbis p. 170. Nihil impedit quominus pro Infinitivo explicemus alterum subsequens verbum, & si finitum illud appareat praeposita particula *Vau*, aut secus p. 171. E contrario interdum verbum subsequens Infinitum redditur per Finitum, & verbum antecedens Finitum exponitur per Adverbium p. 170.

(o) *Concordia* verbi cum uno nomine p. 186. verbum erit plurale si plura sint nomina, etiam unitatis numero exhibita p. 196. Concordat saepenumero verbum cum digniori genere: & persona p. 196. Subinde vero cum nomine proximiori 197.

(p) *Disconvenientia* generis; Numeri p. 179. Disconvenientia interdum nulla est p. 187. vel quia collectivum nomen est, vel Divinum, quod in plurali numero per excellentiam exprimitur; vel purum putum librariorum error. Partitive exponitur nomen plurare non Divinum adhaerens singulari verbo p. 189. vel contra, singulare nomen cum verbo plurali p. 190.

(q) *Quoad ordinem* spectat, nimiam transpositionem fugit p. 184. Interdum admittit p. 185.

(r) *Ellipsis* Nominis maxime in pronominibus primae, & secundae personae p. 192. Ellipsis substantivi verbi frequens nimium, adjectivi vero non item. Immo totius Sententiae Ellipsis aliquando est subintellecta unico sub nomine expresso p. 193.

(s) *Pleonasmus* tam Substantivi, quam Adjectivi verbi elegantissimus habendus p. 194., & 195.

(t) *Rectio* verbi transitivi, seu activi est semper accusativum amare objecti illius in quod progrediatur actio p. 198.

(u) *Intransitivi* autem est tegere casum nominis a se ipso conjugati; quod quidem nomen nunc a Latinis per accusandi casum redditur, nunc per illum auferendi, nunc hebraice penitus praeteritur p. 199.

(x) *Substantivi* verbi rectio in eodem casu nomina, quae copulat, requirit p. 179. Antecedens nomen subinde Neutrorum Ordinem sequitur, nimirum statuitur in Accusativo, etsi verbum *est* sit Finitum p. 180. Prius nomen interdum, si pronomen primae, & secundae personae sit, reticetur p. 180. Alterum in Accusativo cum *Lamed*, vel vel in Ablat. cum *Bet*: si in hoc Ablativo statuatur; desideratur saepenumero ipsum verbum Substantivum est. p. 180.

Hactenus de Synopsi ad Syntaxin.